

R. 31954
Ecclesij. de La Com. de Jerez de granada B. &

TABVLÆ
COMPENDIOSÆ
IN EVANGELIA ET EPISTO-
LAS QVÆ DOMINICIS FESTISQVE
diebus populo in Ecclesia proponi so-
lent : concionaturis omnibus
summopere vtilis &
necessariæ.

edita quidem primum à Ioanne Spangenbergò, nunc verò
ab innumeris quibus scatebant, hæreseò erroribus resti-
tuta, opera atque industria F. Laurentij à Villauicentio
Keresani, ordinis Eremitarum D. Augustini, S. Theolo-
giæ professoris, & Hispanicæ nationis apud Brugensès con-
cionatoris.

In sole posuit tabernaculum suum.



LOVANI

Excudebat Bartholomeus Grauius suis sum-
ptibus, & Petri Zangrij Tiletani,
Anno M. D. LXIII.

Cum Gratia & Priuilegio in Sexennium.



2 400 50
P
DEP. N. 5784

~~Ande Diego de la Cruz prior en la iglesia~~
de la Cruz de San Mateo de Salazar 1585. con congrua de
de la Cruz de San Mateo de Salazar
de la Cruz de San Mateo de Salazar
de la Cruz de San Mateo de Salazar

BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS
GRANADA
C
110
16

R. 31954
Del collegio de la Compañia de Jesus de granada B. &

T A B V L Æ
C O M P E N D I O S Æ
I N E V A N G E L I A E T E P I S T O -
L A S Q V A E D O M I N I C I S F E S T I S Q V E
d i e b u s p o p u l o i n E c c l e s i a p r o p o n i s o -
l e n t : c o n c i o n a t u r i s o m n i b u s
s u m m o p e r e v t i l e s &
n e c e s s a r i a .

Editæ quidem primum à Ioanne Spangenbergò, nunc verò ab innumeris quibus scatebant, hæreseò erroribus restitutæ, opera atque industria F. Laurentij à Villauicentio Xeresani, ordinis Eremitarum D. Augustini, S. Theologiæ professoris, & Hispanicæ nationis apud Brugeses concionatoris.

In sole posuit tabernaculum suum.



L O V A N I I

Excudebat Bartholomæus Grauius suis sumptibus, & Petri Zangrij Tiletani, Anno M. D. LXIII.

Cum Gratia & Privilegio in Sexennium.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA
C
110
16

*padre Diego de Torres prior en esta parte
de la casa de San Mateo de Salazar 1585. copia cinquenta es.
de la casa de San Mateo de Salazar
si matheus / de la casa de Salazar*


REVERENDIS-
SIMO PATRI, INPRIMISQUE
ILLVSTRI VIRO FRATRI BERNARDO
à Fresneda Episcopo Conchenci, & Philippo
Hispaniarum Regi à secretis conscientia,
Frater Laurentius à Villauicentio,
Augustinianus, sacrae Theo-
logiae professor,
S. D.

Cantum est diplomate Regio, ne quis has Tabulas Euan-
geliorum in hisce eius Maiestatis ditionibus, præter Bar-
tholomæum Grauium hoc proximo sexennio imprimat,
aut alibi impressas venum exponat, aut distribuat, sub pœna
confiscationis librorum, & alia graui multa: vt latius videre
est in literis nostris. Datum Bruxellis anno 1562.
octauo Idus Maias.

Subsignatum Broeke.

Simili Priuilegio cautum est, ne quis has Tabulas in Episto-
las Dominicales imprimat aut vendat, præter Bartholomæi
Grauium, sub simili pœna: vt latius habet Priuilegium da-
tum Bruxellis anno 1563. vndecimo Calend. Martias.

Subsignatum de Facuez.



VI AB EO TEMPORE QVO
in hanc dignitatem, quam cum tanta laude
administras, euectus es, priuatarum actio-
num tuarum diligentes fuerunt obserua-
tores, singulare, perpetuumque quoddam
studium, & animi tui quendam ardorem
in Ecclesie catholice honorificentis-
sima dignitate tuenda, tum etiam in eius-
dem religionis immunitate incolumita-
teque reparanda euidenter animaduerte-
runt. Res sane in primis opportuna mi-
sera tristique religionis catholice dissipationi, Ecclesieque pestibus,
quae incredibili violentia ab hinc quadraginta annis, per vniuersas Ger-
manorum, Heluetiorum, Gallorum atque Anglorum prouincias cru-
deliter grassatae sunt. Quod si à cunctis Ecclesie vniuersae principibus
Christianis, atque à plerisque alijs eius ministris (quod ipsorum ex-
igebat munus) praestitum fuisset, non tam late egissent contagia, neque
adeo inualuissent grauissima illa mala, vt ipsis (si humanas tantum
vires spectes) non nisi aegre, aut vix occurrere hodie possit. Omnium
Christianorum negligentia (vtinam non etiam grauissima culpa) factum
existimamus, vt religionis catholice status olim quidem florentissi-
mus, nunc vero ita sit afflictus, vt propemodum oppressus videatur.
Sunt iidem in causa quod Ecclesiastica disciplina (magno eorum de-
decore qui res sacras administrandas tum temporis susceperant) col-
lapsa, & humi dissecta iaceat. Quanta haeresis inde consequuta sit, to-
tumque pene Christianum orbem inuaserit, atque incenderit, non est
quod referam, praesertim cum ex lugubri praesentis Ecclesie specta-
culo, quod acerbissimum dolorem piorum omnium animis adfert, id
quiuis facile discere possit, qui aliquo eius cognoscendi desiderio tene-
tur. At vero Deus optimus maximus qui Ecclesiam suam usque adeo
charam habet, vt sanctam eius imaginem suis manibus descriptam per-

EPISTOLA

petuò gerat. Semper enim, quibus locis atque temporibus inflati homines, impostorèſque à satana impulſi falſa ſparſerunt dogmata, ad decipiendos incautos & ſimplices, iſdem in locis atque temporibus, ipſe Deus eximios aliquos viros ſancto ſuo afflauit ſpiritu, qui pro catholica Eccleſia decertarent, impiàſque opiniones, earumque impios & infernales autores ſubuerterent. Et ſi in meliorem mentem doctrinis ſacris, & lenitate Chriſtiana induci non poſſent, è medio tollerent, vel tollendos curarent. Neque vlla tempeſtas tam fuit hæreticorum ferax, quin eadem etiam plurimos produxerit doctores orthodoxos, qui illis compeſcendis abundè ſuffecerint. Itaque cum plurimi hæreſiarchæ caput extollerent, & Eccleſiam hinc inde, quaſi diuerſis cohortibus ac turmis inſtructis, impeterent: tunc Deus celeberrimos illos doctores, viròſque alios pietate inſignes, religionis catholicæ amantes, tanquam de cælo terris immiſit. Hoc verum eſſe comperiet, qui rerum Eccleſiaſticarum historias percurrerit. Nam cum Eunomiani, Macedoniani, Anomæi in Aſia facerent Eccleſiæ catholicæ negotium, inuenerunt hi ſtrenuos antagoniſtas, præter Baſilium, Gregorium Nazianzenum, Chryſoſtomum, etiam Apollinarium, Dydimum Alexandrinum, Gregorium Nyſſenum. Non pauci, ſcilicet Pelagius, Donatus, Prſcilianus etiam, paulo poſt in Africa moliebantur euerſionem ſponſæ Chriſti Eccleſiæ catholicæ: ſed repreſi fortiter ſunt ab Auguſtino & Proſpero, atque Fulgentio, & quibuſdam alijs Chriſti athleticis. In Europa ad domanda hæreticorum monſtra labores tantum non Herculeos ſubiuerunt Hieronymus & Ambroſius. Poſt hos etiam Proſper & Fauſtus Epſcopi apud Gallos clari. Vſque adeò Deus Eccleſiam ſuam nunquam proſus deſtituit, ſed omni tempore idoneos mittit medicos, qui aduerſus morbos quibus laborat Eccleſia, & vulnera eidem ab hoſtibus inſicta, opem ac certa remedia afferant. Noſtro verò hoc ſeculo tam conuſo ac perturbato, protruſit Deus in ſuam meſſem, ſuamque vineam fidos operarios, collocavit in ſua illa turri Dauid ſtrenuos milites præſidiarios, quorum diligentia, labore, fide atque virtute Eccleſia nunc, ſi vſquam aliàs, infeliciter oppreſſa oppugnataque recreari paululum poſſit. Quorum etiam opera ipſa reſpurgetur, hæreſes obſtirpentur, atque doctrina ſana vbique reſtauretur, & in priſtinam ſuam dignitatem reſtituatur. Te autem inter hos viros, quos in ſubſidium exulceratæ Eccleſiæ Dei ſingulari prouidentia procreatos noſtrum cognoscit ſeculum, omnes qui vel exiguum tui, tuorumque ſtudiorum notitiam habent, commemorant. Nam cum priuatam vitam ageres, inſtitutum diui Franciſci (quod & nunc facis) incredibili religione colens, concionibus tum pijs, tum eruditis, exhortationibus, aliorumque ſacrorum miniſteriorum exercitio, & inculpatæ vitæ præclaro exemplo, adeò Eccleſiam catholicam iuuiſti, vt omnes (niſi animos villo liuore inſperſos habeant) ſtrenuos tuos labores Eccleſiæ catholicæ magno vſui, & ſplendido ornamento fuiſſe fateantur. Ob idque Carolus ille maximus cum excellentes tuas virtutes, eruditionem, & pietatem magnificè à viris magnis (quorum ipſe æquiſſimus ſemper fuit æſtimator) prædicatas auდიſſet, te, cui conſcientiæ ſuæ ſecreta aperiret, cum quo de rebus illis maximis, quæ ſuis humeris incumberebant, de-

NVNCVPATORIA.

bant, deliberaret, à quo prudenter & Chriſtianiſſimè ſibi conſultum iri ſperabat, elegit, tecumque de his omnibus diu multumque tractauit. Quanta cum laude expectationi optimi maximique Imperatoris reſponderis, quid iudicij de te, de tuæque prudentia ipſe fecerit, eſſi quam plurima ſint, ipſaque honorifica teſtimonia, quæ hoc iſi qui tunc temporis in ampliſſima eius imperiali aula agebant, probauerint: vnum tamen eſt euidentiffimum & efficaciffimum monumentum, quod nobis qui ſubſequuti ſumus, ac reliquis vniuerſis in poſterum ſubſequuturis hoc teſtatum faciet. Id ſcilicet, quòd Philippo ſuo primogenito (cum quo tu ex Hiſpania ad Germanos Belgicæque appuleras) iterum in Hiſpanias profectionem paranti, te, in cuius pectus ſecreta ſua conſcientiæ reponeret, & eius animus tanquam in tutiſſimo portu reclinaret, ac tandem animam ſuam fideret, magna prauia deliberatione ipſi dedit, & commendauit: cum te tamen ſi voluiſſes, apud ſe, vt grauiffimum agendarum rerum pondus tot ac tantorum regnorum, quod humeros ſuos vltra modum fatigatos quidem premebat, partim ſuſciperes, atque ipſi magnis rebus diſtracto, varijs ægritudinibus afflicto, perpetuo etiam languore contabefcenti ſubſidio eſſes, libentius retinuiffet. Non excidit proſectò memoriæ filio, tanti principis prudentiffimum conſilium: quin manſulta mente repoſitum iudicium patris, in cuiusque pectus altiùs quam quiſquam exiſtimaret, descendit. Euiſque autoritate in illa, quam de te aliàs conceperat, opinione maximè confirmatus, cœpit non modò reuerenter te virum religioſiſſimum colere, quod antea ſatis ſtudioſè facerat, ſed deinceps modèſtè tuis doctrinis, tanquam vnus ex reliquis, penitus ſe ſubmiſit, paruit conſilij, monitionibus ſe præbuit regendum: ac talem tandem ſe tibi præſtat, qualem olim pium illum Ezechiam Regem Iſrael Iſaia Domini propheta ſe præſtitit ſacris libris proditum comperimus. Non dubito quin planè intelligas, tantum gratiarum cumulùm tibi diuinitus conſeſſum, nec humana ratione partum, ſed diuina munificentia gratioſè conſeſſum, tum vt Regem catholicum, cuius animam catholicè imbuendam Deus tibi commiſit, ſincere fidelitèrque de rebus ſacris admoneas, tum etiam vt ſacram Chriſti rempublicam hæreticorum nefaria inſectatione nimis inclinatum, erigendam vt quam diligentiffimè curet, ipſum exhorteris. Idcirco te hac tempeſtate natum tibi validè perſuadeas. Ob id te in iſtius prouinciæ illuſtrem functionem non humana induſtria, ſed cæleſti diſpoſitione aſſumptum intelligas. Eam demum ob cauſam tot tantique naturæ & gratiæ eximijs dotibus exornatum te ſcias, non vt inde ſublimer de te ſentias, ſed vt cuncta hæc dona, vt ſerè diuina ſunt, ita diuino fauore ſuffultus, in ciuitatis Dei diuinam quantuis in terris conſtructionem extollendam, (quod olim populus Iſraeliticus fecit) conferas. Contuleris verò, ſi Regem catholicum certior feceris, cæleſti oraculo ipſum, atque cunctos alios reges reginæque Chriſtianos nutricos, ac nutrices Eccleſiæ per Iſaiam eſſe prænuntiatos. Quòd pius rex Eccleſiæ incomparabilem calamitatem doleat, lamentetur, ac deſleat: proindeque maiori ſtudio ad eius reſtaurationem ſeſe ornet, atque vt eam exequatur, vel extremum conſilium inquirat. Adeò vt ſi res poſtulet, quidquid potentiæ, autoritatis, ſiue diuinarum Deus ipſi

EPISTOLA

largitus fuerit, huic præclarissimo, verèque regio studio vltro ac lubens, (quod quidem debet) impendat. O quàm felix, quàmque fortunatus esset Regis nostri PHILIPPI animus, si quemadmodum sanctus ille Rex David diu noctūque cogitabundus meditabatur, quo pacto Deo viuo domum vbi arca fœderis collocaretur, construeret: ita & ipse anxius satageret, quî suis temporibus Ecclesia catholica ab nefarijs hominibus, beffiusque crudelissimis oppugnata & inuasa pristinam serenitatem ac dignitatem recuperare posset. Porro omnibus exploratum est, quàm serîo Rex clarissimus PHILIPPVS verum nutricium in ipsa Ecclesia fouenda, & veluti sinu suo gestanda sese præstiterit. Nec dubitamus, quin mentem hanc tam religiosam, tantoque amore in Ecclesiam catholicam flagrantem (quam ipse semper singulari Dei beneficio, animo insculptam habuit) tu ipsi tam altè imprefferis, vt nunquam ab eo queat euelli.

Quo pacto diuini consilij admirabilis sapientia in conseruanda sua Ecclesia magis ac magis sese prodat. Nam sicuti in primis illis Ecclesia cunabulis Deus Constantinos Theodosiosque quosdam procreauit, qui Ecclesiam etiamnum teneram, ac vagientem, pannis tandem inuolutam, nutriendam, ac recreandam, magna quidem pietate, suscipere: ita eadem iamiam conulescenti, quorundamque spuriorum improbitate & malitia infectata & concussa, CAROLVM quintum, PHILIPPVM QVE secundum Reges verè catholicos catholicæ Ecclesiæ in nutricos ac protectores dedit, qui venerandam eius caniciem illasam, & ab improborum hominum temerarijs ausibus calumniisque vindicatam, constantem adhuc sustinerent, diuinitus concessit. Quod vt rectius exequerentur, te aliosque tui similes ipsis adiunxit, quorum consilij, & prudentia de ipsius stabilitate procuranda quàm possent studiosissimè ac rectissimè statuerent. Quam agendi rationem si in reliquis negotijs ad ipsam pertinentibus, postmodum principes pergant habere, succedent profectò cuncta quæ aggressi fuerint, longè felicius, quàm vnquam fuerant arbitrati: vt quæ graui atque maturo consilio deliberata, multoque iudicio in opus deducta, executionique mandata fuerint. At verò sicut Babylonica turris Babel demoliri minimè vnquam poterit, nisi extirpatis prius, extinctisque hæreseos pestiferis dogmatibus, & sublati è medio (si respicere nolint) his qui in perniciem Ecclesiæ catholicæ, & exitium religionis tam acerbè atque crudeliter conspirauerint. Ita profectò incolumitas nostræ fidei, Ecclesiæque catholicæ dignitas salua & integra nunquam consistet, nisi prius errores eliminentur, falsaque & adulterina dogmata extirpentur, ac tandem hominum catholicorum, qui de eius dignitate tuenda anxie cogitant, vita & fama ab nefaria Iudæorum hæreticorumque, aut conuiciatorum iniqua atque crudeli infimulatione vindicentur. Intelligunt omnes pij, qui sacris literis sunt informati, rempublicam Ecclesiasticam tanto meliori loco futuram, quanto eiusdem cultores ab improborum hominum nocentissima maledicendi cupidine tutiores fuerint.

Est enim Ecclesia catholica arx illa Davidis, in qua fidei nostræ sacratissima dogmata pura, & ab omni corrupti fermenti commixtione illæsa conseruantur: estque vnicum illud asyllum, in quo viri, quibus nihil prius est, neque charius, quàm vt ipsius dignitatem tueantur, ab iniurijs ac falsis

NVNCVPATORIA.

ac falsis delationibus inuidorum, (vtinam non etiam nefariorum hominum) opera autoritatèque bonorum, qui talium impias artes exploratas habent, honorificè proteguntur. Scis Iudæos maledicòsque homines, etsi speciem externam pietatis splendore exornatam præ se ferant, impudentis linguæ petulantia, & animo ab omni humanitate alieno laborare: adeò vt ex aliena miseria sua soleant plerunque gaudia venari.

Quàm immanis calumniandi libido soleat peruersos istorum animos incescere, norunt illi, qui vel eorundem olim gesta legerunt, vel ipsis aliquandiu familiariter vsi sunt. Non dubitant flagitia in fraudem comminisci, quibus homines probos, & laude vitæ antea acta commendandos deformed. Et cum eorum doctrinam (vt quæ catholica sit) planè conuellere nequeant, ipsam saltem aliqua etsi falsa infimulatione, aspergere malitiosè præsumunt. Enimvero idcirco tantam hanc solertiam ab ipsis excogitatam arbitror, vt suspicionem illam, cui ob ingentem naturæ prauitatem diuturna quidem exemplorum experientia comprobata subijciuntur, à se repellant: ideo alios accusando anteuertunt. Est quidem ratio eripiendo alterius honori, & tuendo proprio in primis opportuna, sed parum Christiana, & plerunque infelix: & quæ prorsus legibus tum humanis, tum diuinis ex diametro aduersetur. Longè verò hi, Ciceronis sententia, falluntur: Non enim, inquit, procacitate, aut falsitate linguæ vitæ sordes eluuntur. Nihil aliud hi student, nisi vt lutulenta suscum quouis volutari. Tu verò, reuerende Pater, feceris quidem operæpretium (quod tua dignitas postulat, quòdque munus tibi diuinitus concessum apprimè exigit) si viros verè catholicos, verèque pios, Iudæorum, aut maledicorum inuidia ac malitia grauerè oneratos in tuam protectionem suscipias, & aliquantulam ipsorum laboris gloriam eorundem iniuria ipsis præreptam, tua autoritate resituas. At Hippias ille apud Plutarchum non minus verè quàm eleganter, contumeliam quidem grauem esse, sed longè grauiorem calumniam: quòd hæc legibus coerceri non posset, illa posset nonnunquam. Id demum tibi persuadeas, Pater reuerendissime, tales hodie esse Iudæos, quales olim Gentes fuisse Paulus commemorat, homines nimirum repletos iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, contentione, dolo, malignitate, susurrone, detractores, Deo inuisos, contumeliosos, superbos, malorum inuectores, parentibus non obtemperantes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Nosti rectius hæc ita se habere, qui diu multumque eorum mores animaduertisti. Proinde arbitror Lutherum, Brentium, Caluinum, Musculum, & reliquos hæresiarchas Iudaico genere esse prognatos. Hinc est, quòd postertine à maioribus degenerare videantur, perniciem tum Ecclesiæ, tum bonorum virorum perpetuò spirent. Vt sicuti ipsorum gens, superstitiosa impiæque quadam religionis specie, ter in die pro interitu Christianorum in suis oratynagogis: ita ipsi acerbam suorum maiorum impietatem retinentes, etsi non orant, diligentia tamen & studio id procurant.

At spero equidem Patres in consilio, hæreticorum factionibus pacatis, dissidiisque nostri seculi compositis, (quod equidem de diuina bonitate nobis audeo polliceri) mox curaturos, vt huius etiam gentis ratio habeatur: quod sanè apprimè res ipsa postulare videtur.

EPISTOLA

Nam adeò serpunt, & in dies conualescunt, vt nisi in tempore nobis prospiciamus, metuendum sit, ne res nouas molientes (quod ipsi solent) rempublicam satis alioqui afflictam, maximè perturbent. In primarias ciuitates ita sese obruserunt, vt præcipua honorificaq; munera vel pretio, vel importuna impudentia, vel inexplebili ambitione comparata, administranda extorserint. In Ecclesia verò, bone Deus, nec tu, Pater reuerendissime, benignè audies, nec ipse sine magna commiseratione dicere possum, quibus actibus amplissimas dignitates, magno quidem totius Ecclesiæ incommodo, occupauerint: quas perinde atq; hereditaria feuda cognatis regressu intercedente, si admodum sanguine sunt iuncti, quòd si secus, permutatione alijs sui generis hereditandas relinquunt. Monasteria verò adeò his hominibus sunt referta, vt ipsis quasi solis suscipiendis erecta fuisse videantur. Quid ni timeamus? Enimvero admodum timendum nobis censeo. Nam sicut Septimius ille Tertullianus philosophos hereticorum patriarchas esse affirmat: ita Iudæos hæresis, seditionum, factionum, tumultuum, atque sectarum autores extitisse omnes historiæ tum sacræ, tum prophanae constanter testantur. Tantum negotij Ecclesiæ exulceratæ hæc gens semper facessit, vt Apostolis omnibus continua molestissimæque contentio, & perpetua querimonia cum ipsis fuerit: vt qui Ecclesiæ Christi interuentionem atque exitum incomparabili sæuitia semper intenderent. Nunc verò nostris temporibus cum hæc gens videat hereticorum peruersa impiæque dogmata in dies magis ac magis gliscere, quanuis dissimulet, latatur maximè. Par enim est illis cum hæreticis studium, & votum vtriusque commune: vtrique conuulsam, & prorsus deletam Christi Ecclesiam ardentè exoptant: idem etsi diuersis studijs, procurant. Eam ob causam ipsi qui manifesta vitæ improbitate sunt commaculati, de quorum fide & religione vix certi, nedum securi esse possumus, scelestis animis viros bonos sordibus conspurcare, notas inurere, aliisque modis apud magnos viros grauare præsumunt: ipsique inuidiam constantes, miserabiliter eorum nomina, quæ alioqui suis honestis laboribus aliquam laudem mereantur, odiosa suspectaque (magnum profectò nefas) apud principes viros reddunt. Et ne putidam eorum maledicentiam auditores negligant, vtque crudelius noceant, falsis delationibus religionis zeli laruam obducunt. Vnde auditores etsi prouidi sunt, ac circumspecti in ipsis audiendis, nec falsa eorum commenta pro veris habent, nihilominus aliquantulum commouentur, alienanturque ab illorum consuetudine & beneuolentia, quos prius benignè in suam amicitiam & gratiam susceperant. Atque ita fit, vt Iudæi circuncisi, & incircuncisi hæretici vincant, & obtineant quod prætendunt. Nocuit semper falsa delatio, quantumuis mitigata. Quàm altus dolor bonorum omnium animis infideat, quantum mœrorem huius turpissimæ infamiæ recordatio cordibus pijs inferat, quàm acres mordacisque aculeos præcordijs insigat huius fœnestæ calamitatis memoria, nouit Christus, qui est à Deo Patre constitutus iudex viuorum & mortuorum: cuius seuerum acerbumque iudicium eos manet. Nam mentiri non potest, qui iustorum causas se vindicaturum, per Moysen est pollicitus: Mihi inquit, vindictam, & ego retribuam. Sed ne in tam graui angustia Catholicorum animi, quos Iudæorum impietas huic

Deute. 32.

Rom. 12.

tam

N V N C V P A T O R I A .

tam aduersæ calamitati inuoluit, prorsus frangantur, duo sunt opportunissima remedia, quæ ipsos maximè sustentant. Alterum & primarium ex vatis diuini alto consilio prodijt, qui homini in tanta angustia constituto, vt ipsum consoletur ita suauit: Reuela Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam. Subditus esto Domino, & ora eum. Noli amulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Noli amulari vt maligneris. Alterum illis parit eximia ista tua natura, cuius ea est conditio & bonitas, vt calamitosus (si tuta possis conscientia) non tantum condoleas, verum etiam lubens opituleris. Tu igitur, vir præstantissime, memineris te apud Philippum magnum, in eius conscientia causis excutiendis Christi personam sustinere, tuique officij non parum interesse, vt vindex sis veritatis, quam grauissimè istorum infestat calumnia, & puritatis vitæ, quam Iudæorum & maledicorum contumeliæ crudelissimè deformant, & infamant. Proinde te rogatum velim, vt quæ admodum religionis catholice dignitatem non in sinu, sed in tui cordis abditiore loco tuendam, in suamque libertatem asserendam suscepisti: ita viros bonos eiusdem catholice Ecclesiæ studiosos, de ipsaque optimè meritos ab Iudæorum iniurijs, falsisque delationibus immunes non grauatè præseruare velis. Vt sicuti in hæreticis persequendis tua est omnibus manifesta seueritas: itidem in bonis fidei assertoribus, veritatisque vindicibus, contra inuidos, detractores, malignosque Iudæos protegendis perpetuo tua præfulgeat humanitas. Quæ cum heroica sit virtus ita paucis admodum culta, comparabis tibi hæc ratione, vir eximie, immortalium gloriam, illam profectò ad quam omnes pij anhelantes aspiramus. Scis pessimum genus hominum esse eorum, qui aliorum incommodis suæ ambitioni inexplebili consultum esse cupiunt, & innocentium sanguine vestes coloratas sibi facere præsumunt. Porro quòd tibi tabulas hæc dicere apud me constituerim, non vna tantum ratione ductus id feci: nam cum nomen tuum non minus amabile quam iucundum in summo pretio apud omnes tum pios, tum doctos esset, maximam gratiam his tabulis me hac ratione conciliaturum existimaui, si tui nominis inscriptione decoratas in lucem emitterem. Vt te qui loco tam excelso sis constitutus, qui etiam in hoc dicendi genere summa cum laude iam pridem versaris, reuereantur zoli ob amplissimam dignitatem: & propter eminentem declamandi facultatem tibi approbanti cedant vniuersi. Atque hac ratione fiat, vt hoc opus, quod alias nonnullis leue & vile esset, ab illorum caninis morsibus illa sum euadat, & à reliquis cum aliqua gratia suscipiatur. Volui etiam hoc facere, tum vt tam insignis hæc tuæ pietatis memoria (vt digna est) ad posteros dimanaret: tum etiã vt qui deinceps in istam tuam provinciam sufficiendi sunt, quid sui maximè sit muneris hinc intelligere queant: nempe non tantum secreta conscientia Regis audire, ipsique Christi carnem & sanguinem communicandum dispensare, verum etiam eidem sedulo persuadere, vt res Ecclesiæ vniuersalis ipsi sint cordi, ac seriò defendendas amplectatur. Quod sanè tu tanto studio, tantoque ardore hæcenus fecisti, vt nostra Hispania, exteræque aliarum ciuitates eius serenitatis qua modo fruuntur, præcipuam tibi partem acceptam ferre cogantur. Nunc verò, vt priuatim de me aliquid dicam, gratitudinis ratio, (cuius leges ego summa cum religione semper colui)

Psal. 36.

* v me fecit

EPIST. NVNCVPAT.

me fecit tibi deuinctum : eadēque nunc animum meum instigabat, vt
mea erga te obseruantia aliquod specimen ante obitum ederem, quod
perpetua tuae in me benevolentiae, meaeque in te pietatis monumentum
existeret. Hoc igitur meae erga te obseruantiae, Pater eximie, testimo-
nium, si pro tua benignitate, vt confido, non spretum fuerit, haud
vulgaris beneficij loco ducam, meamque quibuscunque po-
tero officijs gratitudinem tota vita probare entar.

Vale Brugis, ex meo Augustiniano con-
uentu, Nonis Aprilis, anno

1562.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T
V X Y Z.
aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo
pp qq rr ff tt uu xx yy zz.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.
aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk ll
mmm nnn ooo ppp qqq rrr sss ttt uuu xxx
yyy zzz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk
Lll.

PRÆFATIO.



PRÆFATIONIS officium postulat, vt rationes, qui-
bus in hanc sui inductus sententiam, vt de his tabulis re-
stituendis aliquid agitarer, erudito lectori animadu-
tendas proponam : quem nō dubito, (modò candidum
& æquum earum æstimatorem se præbeat) ipsas appro-
baturum. Ediderat Spangenbergus hæreticus ante ali-
quot annos tabulas in Euangelia & Epistolas quæ festis

diebus in Ecclesia populo proponuntur, eleganti quidē & ingenioso artificio
elaboratas : quibus etiam eximiam laudem, & gloriā perpetuò in Ecclesia
apud viros pios & eruditos obtinuisset, nisi hæresēon sordibus turpissimè
illas polluisset. Circumferebatur passim illa tabula multis & impudentissi-
mis mendacijs referta: scatebant errore, & hæretica prorsusq; falsa exunda-
bāt doctrina : qua incauti & imprudentes cōcionatores decepti, populum,
qui in doctrina fidei catholicae sui instituenti gratia ipsos accedebat, dimitte-
bant perniciosissimis hæresibus seductū atq; peruersum. Nec id tantum,

verum & plariq; concionatores, qui nihil minus in animo antea habuerāt,
quàm hæreticam profiteri doctrinam, vbi illarum tabularum lectioni ali-
quantisper incubuisent, pestiferas contagiones inde haustas, pro veris nos-
træ fidei dogmatibus amplectebantur. Quanta mala, & quàm graues cala-
mitates Ecclesiae catholicae hinc subortæ fuerint, iudicabit facile, qui mi-
serandam, nimirumq; exulceratā Ecclesiae præsentis faciem, quondam spe-
ciosissimam & luculentissimam, contemplatus fuerit : quique nouerit tam
fuffestis animarum cladibus Christiana commiseratione condolere. Porrò
cū animo meo tantum hoc malum frequenter versarem, & quasi oculis
perpetuò haberē subiectum, cōmittere non potui, quin aliquod subsidium
statui ecclesiastico tam grauitè afflicto, & quasi iam oppresso, pro viribus
ferrem. Cūmq; ita essem anxius, incidi in hunc librū, qui tabulas in Euan-
gelia totius anni continebat. In quo animaduerti, bonam horum malorum
partem, quasi pestis fomentum, reconditam latere, perinde atque in alijs id
genus libris, ab hæreticis nostri temporis confectis. Statui itaque apud me
vnum aut alterum mensem in his tabulis euoluendis atq; recognoscendis
insumere : vt in posterum vsui & ornamento Ecclesiae catholicae esse pos-
sent, quæ eidem corrupenda atq; deformanda aliquot seruiant annos.

Tandem ad hoc, meo quidem iudicio, pium studium animum appuli. Rem-
sum aggressus, cūmq; initium præsentis operis quibusdam pijs & eruditiss-
viris, quibus eius copiam feceram, placeret, vehemētèq; ipsis probaretur,
promptior & alacrior ad illud periciendum sum redditus. Quod equidem
eo diligentius peragendum putavi, quo eruditorum virorum hortatu mag-
is ac magis ad id excitabar. Absolui tandem tabularum castigationem, re-
purgatis sordibus, & erroribus eliminatis : vt illa ratione hæretici Spangē-
bergi tabulae piorum concionatorum manibus eriperentur. Et ne prorsus
earum Ecclesia priuaretur beneficio, has easdem ab hæresi vindicatas euol-
uendas in posterum cōcionatoribus catholicis tradidimus. Ex quibus qui
antea certam pestem atq; internecionem tum sibi, tum fidelibus omnibus
hauerant, iam ex eisdem incolumitatem, præstantissimāq; pharmaca de-
promere poterunt: quibus animā agram reparare, atque pristinā, eiq; am-
plissimā

*polluitur hæresibus
videt tabulas Spangenbergi*

*et alios rationes ex
lethæ tabularum
inficia sunt*

PR AEFATIO.

plissima gratia dignitati per peccatum amissa restituere securè & certè queant. Habes catholice lector primariam huius nostri instituti causam. Quam tibi probatū iri non dubito, modò eam probes religionem, & fidei doctrinam, quam Romana docet ac profitetur Ecclesia. Deinde volui etiā eius pietatis & amoris, quo semper religionem catholicam sum vehementer prosequutus, ac deuotissimo animo veneratus, monumentū aliquid ad posteros transmittere: ipsisq; hoc publico testimonio testatum facere, quā fidem ego, qui etiam concionatoris munus interdum varijs in Ecclesijs, atq; diuersis regionibus subierim, quam doctrinā, quam religionem cōstantissimè corde crediderim, & ore confessus fuerim, & populos docuerim necessariā ad salutē. Nihil enim charius aut antiquius hoc nostro tam peruerso atq; maligno seculo theologis esse deberet, quā preclarum aliquid suae fidei atq; religionis (quando tot ac tam nefariae passim audiuntur infernales sectae) testimonium manifestū edere, ad posteritatēq; transmittere: quo praesentes atq; in posterū subsequuturi intelligant, illius operis authorē vera & singulari charitate Ecclesiam, & suam religionē coluisse Romanam, & eiusdem religiosissimè veneratū fuisse doctrinas, disciplināq; amasse: fuisse verò detestatū illas quas olim per vniuersum in Oriente, Asia, Africa, Graecia & Europa infernus euomuit, & has etiam quas nunc proximè Lucifer ac satanas per execrabiles suos filios Lutherum, Philippum, Brentium, & Calvinū, atq; per alias bestias ex inferno Ecclesiae catholice inuixerūt pestes. Haec ratio tantū apud me obtinuit, vt nihil ab hoc negotio exequēdo me remorari potuerit: huicq; tam laudato officio Ecclesiae praestando, tanto libentius & iucūdius me accingi, quanto religiosius ad istuc ipsum officij in Ecclesiam conferēdum sacros illos primitiuae Ecclesiae Patres & Episcopos (quod eorū diuinae lucubrationes testatur) sese ornasse cōperio. Pōt volui & hac ratione, restituendo scilicet has tabulas, de Ecclesia catholica bene mereri, illisq; opē ferre (si ea opus habere illis aliquādo contingat) qui tēporibus subsequuturis in Ecclesia catholica Spiritus sancti & animarum negotia contra mundum, carnem, infernum, & haereticos eorūmq; fraudulentas insidias essent tractaturi. Mirandum enim in modū confirmantur fideles in catholica fide, quando intelligunt se eam profiteri fidem, tenerēq; doctrinā & Ecclesiam, quam ante mille & ducentos annos Chrysostrōmus, magnus ille Basilius, Gregorius Nazianzenus, Cyrillus, Eusebius Emesenus, & quā plurimi alij Patres & Episcopi ipsi profitebātur, atq; subditos suos fideles docebāt in Oriente, & in Graecia: quā etiā Cyprianus, Augustinus, & ante hos omnes Tertullianus, in Africa amplectebātur, & ipsi qui diuini verbi & mysteriorū Dei erāt administratores, populis credendā & consistendam declamabant: quā deniq; Ambrosius in Italia, Hylarius & Irenaeus in Gallia, Isidorus & Iliphōsus in Hispania, vt legitimi Christi praecones semper admirabili fiducia praedicabant. Quos omnes sacros Patres cū ob singulares excellentēsq; suas virtutes, in vniuerso vti fulgentissima effulserint sidera, quiq; etiā mundo tum pietate, tum etiam eruditione admirabiles extiterint, credendum est eas professos fuisse doctrinas, veneratōsq; Ecclesiam, quam Christus Apostolis, Apostoli autem suis tradiderunt successores: quam etiam nos ab illis Apostolis fundatam, & à suis successoribus stabilitam suscepimus. Bene, si non optimè, de Ecclesia catholica me meruisse sperabo, si quādo futuris temporibus diabolus nouas excitet, aut in-

PR AEFATIO.

aut inueteratas refricet haereses, illi qui tunc temporis rerum Ecclesiasticarum administrationem, & cōcionandi functiones sunt administraturi, habeant hūc inter plerosq; alios libros à grauissimis & maximè catholicis viris elaboratos, in lucēq; emissos: vnde cōuincendis haereticis, & haereticis destruendis colligere possint antiquitatis & vniuersalis doctrinae catholicae certissima suffragia. Quando enim Ecclesiae catholicae sacri praecones eam vident se proclamare doctrinam, quam olim antiquitus, quā semper, quam vbiuis gentiū, quam omnes illos celebratissimos Patres suis fidelibus tradidisse ex eorum monumentis deprehendunt, fiducia magna & potentia inuincibili inflammātur ad dicendū, vrgent, & instant apud catholicos conuentus, illam quā ipsi annuntiant, & non aliam, verā Christi & Apostolorū esse doctrinam, reliquas verò Antichristi & eius filiorū esse infernales isagogas. Vehementer contendunt se vincere, cunctōsq; aduersarios Ecclesiae & doctrinae Romanae, tamen si maximè reclamantes, superare, in causa nostrae fidei Romanae asserenda, & in doctrina catholica vera & pura retinenda, atq; promulganda: vt qui non fluctuantes, aut de ijs quae praedicant dubij, sed maximè procedant certi atq; confirmati. Populum etiam sanae & intemeratae doctrinae cupidum & amatorē mirificè delectat, audire sibi non aliquā nouitiam fidei doctrinam amplectendam proponi, verū illam quam Apostoli per vniuersum à Iudaea & Samaria auspicientes constantissima & maxima euulgarūt concordia: quāmq; Apostolorum filij maioribus nostris, & ij fidelissimè inuiolatam nobis etiam qui eorū sedes legitima successione occupamus, tradiderunt. Extorquet haec consideratio, vt grauissima, obsequium obsequentissimū ab auditoribus: & nisi proterui sint, parebunt vltro concionatoribus, summāq; religione eorū amplectentur doctrinas: nec id tantum beneficij expectabunt ex ea concionandi ratione verbi Dei declamatores, quam in his tabulis inuenient traditam: verū quē admodum doctores theologi, si quando cōtingat Luciferum per suos ministros nefarias & impias haereses in Ecclesiam diffundere, quibus varia & periculosissima de dogmatibus fidei & catholice religionis controversiae agitentur, ad inuestigandam veritatem tot ac tantis erroribus inuolutam, diligenter maiores Ecclesiae obseruant (quibus ex officio istuc incumbit curare) quid prisca illi Patres, qui quōdam rebus sacris ab Spiritu sancto praefecti fuerant, quando eadem vel similia controuertebantur dogmata, tenendum diffinierūt, ab ipsis Apostolicis temporibus inde idq; firma & inuincibili sententia consistendum, atq; indubitata fide pro vero tenendum stantebant, & in Ecclesiasticis tradebāt scholis. Pari ratione sacri declamatores quando viderint diuersas sectarum conciones omnino discentientes in Ecclesia catholica feruere, illas tantū conciones veras & Christianas arbitrabuntur, quas sanctorū Euangelistarum & Apostolorū confirmat auctoritas, Patrūmq; corroborat cōmunis & vniuersalis consensus, & antiquitatis amplissima exornat dignitas. Quae autem sit Apostolorum Patrūmq; & Ecclesiae vetustissima doctrina, cognoscat facilè qui candore Christiano animum ad has euoluendas tabulas appulerit. Id enim magno studio praestare sum conatus, non aliam scilicet doctrinam concionatoribus hic à me parari, nisi eam quam Christus, quam Apostoli, quam deniq; sui vniuersi discipuli & successores semper & vbiq; proclamauerint, atq; ex mādato Christi per vniuersum orbē docuerint. Et quia tamen omnium aliorum

PR AEFATIO.

aliorum Apostolorum sedes (quod experientia probat) ita corruerint, vt nec vestigium alicuius quondam illic erectæ Ecclesiæ sese exerat, vbi singulos Apostolorum Ecclesias fundasse atque erexisse literis historicis proditum comperimus. Petri verò cathedra quanuis grauitè & importunè nefaria hæreticorū audacia fuerit frequenter concussa, consistit tamen inuicta, eiusque sacratissima fides & fidei doctrina manent depuratissima. Idcirco eiusdem sedis Petri, quæ in vrbe totius orbis principe (Roma scilicet) ab ipso Petro Ecclesiæ vniuersalis capite erectæ & constituta, & fidè & doctrinâ, veras, catholicas, Christianas & Apostolicas audeo liberrimè affirmare, profiteri, & publicitus alto præconio è suggestu euulgare, & in his tabulis literis proderè: reliquas verò doctrinas, quauis splendidissimis Christi, Euangelistarū & Apostolorū titulis ipsas decorare præsumant hæretici, hæreticas, impias, blasphemias, sectarias, seditiosas, falsas, pestiferas, & nefarias: etsi ipsius summi hæresiarchæ Lutheri sint bestiarū crudelissimæ, aut Philippi, Brentij, vel Caluini: quos omnes viri suæ salutis amâtes detestari (nisi certum interitum incurrere velint) debent. Erit igitur hæc concionatori vnica & opportunissima cognoscendis veris doctrinis, distinguendisq; ab hæreticis regula: iudicium scilicet Ecclesiæ Romanæ. Hoc illi sit amulsis, ad quam tanquã ad lydium lapidem reliquas omnes debeat collimâdas adferre: vt eas tantū vti veras suscipiat, è suggestuq; dicturus annuntiet doctrinas, quas Ecclesiæ Romanæ iudicio approbatas viderit: rejiciat verò ac detestetur eas omnes, quæ eidem Ecclesiæ Romanæ probatæ non fuerint. Quod si diligenter obseruauerit, grauissimis inter dicendū liberabitur periculis: in quæ frequenter turpiter prolabantur, qui harum doctrinarum Ecclesiæ Romanæ impudentes & temerarij fuerint desertores.

De argumento libri nihil est singulare, quod hic præscribere potuerim: siquidem cū non vna aut altera tantū materia tractetur; cuius certum argumentum & singulare hic posset præfigi, sed quam plurimæ & variè contineantur doctrinæ, prout varia & diuersa sunt mytheria, quæ Euægelia per totius anni decursum occurrentia æstimanda concionatoribus, & populis annuntianda offerunt: idcirco consultius me facturum existimaui, si argumenti loco rationes subijcerem, quæ mihi laborè præsentem suscipiendum persuaserunt. Quod libenter feci: siquidem prudens atq; eruditus concionator ex primis illis lineis, quibus Euangelij materiæ denotantur, principio vniuscuiusq; tabulæ descriptæ, deprehendet facile non tantū vniuscuiusq; tabulæ argumentū, verū & cuiuslibet membri seu partis diuisionis factæ intentum. De primario artificio harū tabularum nihil prioris mihi arrogo: nihil vsurpatū aut mihi attributū cupio: ne maledicus obijciat, me alienis, qui proprijs non potuerim, voluisse ornari plumis. Illibatam relinquo suum honorem Spangenberg: si honor illi debetur, qui pro veritate catholica euertenda, cōuellendâq; Ecclesia, aut si id non posset, saltè deformanda gladios & pleraq; alia parauit arma. Catholicæ autè doctrinæ auctorem & confessorem ingenuè me prodo. Sustuli locos deprauatos: falsa & hæretica dogmata refutavi, asserui catholica: & quæ asserui, Christi & Apostolorum esse docui ac declaravi: ostendi etiã quæ fuerit vera & genuina Spiritus sancti mens Euangelicis & Epistolaribus lectionibus cōprehensâ: quam ita Spangenbergus obscurauerat & corruerat, vt in suis tabulis nō quod Christus ipse docuit, nec quod Apostoli & Euangelistæ prædicauerūt & scripse-

PR AEFATIO.

& scripserunt, sed temerario ausu, quod ipse fingere aut comminisci fuit ausus, pro verbo Christi in Tabulis præsumpsit venditare. Quod vitium hæreticis nostris & alterius seculi semper fuit ingenitum. Mihi hoc debent concionatores sacrarum & catholicarum doctrinarum amantes, quod harum Tabularum beneficio minimo negotio sibi comparabunt exactam (modò seriò lectioni incumbant) diuinæ voluntatis Euangelij & Epistolis contentæ cognitionem: quam populis, quos de rebus fidei informandos susceperunt, sincere annunciare in posterum possint, si modò fideles dispensatores mysteriorum Dei esse velint. Mittant igitur concionatores catholici iniustissimum exilium sordidam illam sermonariorum farraginem, quorū vel sola nomina fastidium intolerabile sanis adferunt palatis. Exerceant se in scripturarum sacrarum vero & genuino sensu eruendo ex litera occidenti: erutum verò populis proponant fidelibus. Experientur profectò incomparabilem cordis iucunditatem, quando semina illa quæ fidelium cordibus proclamando iecerint, ad luculentissimam virtutum spiritualium frugem viderint peruenisse. Contingetque illis id, quod olim Apostolis missis ante Christum ad omnem ciuitatem, ad quam ipse erat venturus, Euangelistæ referunt contigisse: qui letabundi prædicationis tyrocinio factò ad Christum reuertebantur, quia vel demones etiam ipsis subijcerentur: tanta erat diuini verbi potentia & maiestas. Hanc eandem vim verbi obtinebit ille concionator, qui non ea quæ ipse, etsi maximè sublimi mentis fastigio sit præditus, adeptus fuerit, sed quæ Spiritus sanctus per scripturas sacras, per concilia, per traditiones ipsum docuerit, populis Christianis credenda, exequendaque annuntiauerit.

Non enim vsquæ adeo mihi probatur curiosa illa ratio, quam quidam concionatores in Dei verbo proclamando obseruant, qui magno studio themate aliquo selecto, quam plurimas hinc inde corrasas ita ordiuntur scripturas, vt inuentioni mente semel comprehensæ ipsas seruire compellant. Non æstimantes sensum scripturarum, si suo cōgruat instituto, nec ne: cū illis satis sit, si vel vnam tantum illic vocem inuenerint, quæ ipsorum confirmare propositum videatur. Hoc vitium quàm graue detrimentum animabus adferat Christianorum, viderint ipsi, qui docendi munus in Ecclesia sustinent. Laudo vehemèter ordinem inter dicendum accuratè obseruari. Sed eum quem Christus, quem Euangelistæ, quem tandem ipsi Apostoli dicentes obseruarunt, cōtemnere vt indignum, quem sacri præcones debeant imitari, indignissimè fero. Impietatè sapit existimare, Christum, Apostolos reliquosq; Christi discipulos inordinata ratione ac disparata processisse in dicendo, suâq; tradidisse doctrinas: cū tamen eorum testentur scripta, tam aptè atq; eleganti ordine suas instituisse declamationes, vt nec vel celeberrimi rhetores accuratius aut excellentius dicere vnquam de illa materia potuissent. Quem ordinem cū quidam concionatores non intelligant, vt ignorantia præsumptionem adiciant, plerique eorum inconsiderata mente respuunt & contemnunt. Vnde cū ratio illa dicendi libris sacris comprehensâ ipsis vilescat ac sordeat, ea præterita, aliam, quam ipsi sublimiorem arbitrantur, comminiscuntur: quam ei superius commemoratæ (tametsi Christi sit & Apostolorum) præferre non dubitant.


Oculis igitur subijciant sacri præcones sanctorum Ecclesiæ primitiuæ Patrum

PRÆFATIO.

Patrum præclarissima intuenda exempla, qui in concionē prodituri, non utebantur diuersa, aut de nouo excogitata ratione dicendi, verum summa religione eam coluisse eorum sacra docent monumenta, quam à Christo & ab eius didicerunt Apostolis & discipulis: utpote quam tanti faciebant, ut nullam aliam fructuosiore animabus Christianorum erudiendis, deque rebus diuinis informandis existimarent, nec opportuniorem. Hoc constat ex homilijs varijs & quamplurimis Chrysolomi, & eiusdem in Iohannem & Matthæum commentarijs: item ex orationibus Basilij, Gregorij Nazianzeni, Eusebij, Origenis, Augustini, Emisleni, Gregorij, & aliorum Patrum, qui admirandis suis laboribus fructuosam operam Ecclesiæ præstantes, magnis suis meritis eiusdem Ecclesiæ catholicæ columnina firmissima à nobis habentur & celebrantur. Quibus horum Patrum stilus methodicq;, & dicendi ratio sordet, sciant se venerabilissimæ antiquitatis simulque magnæ illorum Patrum autoritatis & pietatis esse profanatores. Peperit concionatoribus illam in dicendo, aut in rebus tractandis diuinis ad populum periculosissimam curiositatem, magni nominis, & gloriæ vanæ ambitio malignissima: quæ grauissimam perniciem Ecclesiæ catholicæ semper inuexit. Illa sola olim ac nostro hoc seculo orbi produxit dissensiones, dissidia, odiosas altercationes, simultates, schismata, ac tandem hæreses virulentissimas, quæ omnia miserandam rerum sacrarum peruerfionem & Catholicorum animabus funestum & calamitosum interitum parere solent. Hæc Ecclesiasticam pacem & animabus tranquillam ferentiam adimit, sacros confundit ordines, & ipsius Dei religionem suis cultoribus calcandam præbet. Caueant igitur concionatores huius curiositatis mancipia fieri, ne infernales efficiantur furia. Hæc sola olim Ecclesiæ attulit Arrium, Hebionem, Heluidium, Apollinarem, & Pelagium, Manichæum, alijsque complures hæreticos, & nunc proximè Lutherum, Brentium, Caluinum, & alias pestes, quæ Dei gloriam sibi vsurpantes, eius dulcissimam & charissimam sponsam, Romanam scilicet Ecclesiam, deformare atque conculcare præsumunt, venantes magni nominis opinionem & gloriam vanam. Ut autem ego (qui vehemèter hanc concionandi rationem semper sum execratus, uti Ecclesiæ perniciosissimam, & maximè alienam ab ea forma dicendi quam Christus dum concionaretur, obseruauit) pios concionatores iuarem, has Tabulas in eorum usum & commodum qui diuinam mentem ex litera occidenti eruere voluerint, puritati ac veritati restitui, & edendas curavi. Earumque excusationem fidelissimis typographis Bartholomæo Grauiio & Petro Zangrio commisi. Utpote quos fidelissimos cultores, & maximè studiosos religionis Catholicæ esse diurna didiceram experientia. Maledicis nihil dicam, nam si hæretici sint, cum ipsis non placeat Christus, nec ardeat Paulus, nisi eorundem erroribus consentiat, nihil mirum si ego non placeam. Si sunt catholici detractores, tritum est & antiquissimum, quod inuidia letos mordeat. Deus optimus maximus omnibus suam concedat gratiam, quam semper de ipsius Ecclesia optimè mereri possumus: Amen.

DOMINICA
PRIMA ADVENTVS
DOMINI.


EVANGELIUM MATTHÆI XXI.



In illo tempore, Cum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Beth-phage ad montem oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super illos vestimenta sua, & eum desuper federe fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini.

a *Euans*

Euangelium hoc de triumphanti pompa & regali ingressu Christi in Ierusalem complectitur tria, scilicet



Ite in castellum quod contra vos est. Iubet discipulos in oppositum eis vicum ire. Plures enim extra Ierosolymam habitationes fuisse Iosephus memorat. Innuit prædicores ab ipso mittendos esse. Et quando à Christo mittuntur, vult Christus ipsos annunciare euangelium intrepide, & que iusta sunt ac bona annunciare, & mala reprehendere, & acriter increpare. 1. Reg. 12. Nathan missus à Deo ausus fuit ingredi ad Daud, & illum intrato animo arguere, & sui peccati conuincere. Exod. 5. Moyses etiam missus ausus fuit ingredi ad Pharaonem. Ionas ca. 3. ad Niniuas. Sic omnes prophetae missi, obediētes fuerunt, & ausi fuit que in mandatis habebant dicere. Elias ad regem Achab. 3. Regum 18.

Et inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea. Vaticinium est. Christus vt discipulos ac reliquos concionatores magis accendat ad sui mandati exequutionem, pollicetur ipsos inuētuos auditores promptos ac dociles. Prædicit omni tempore quosdam fore qui cum fructu catholicam doctrinam suscipiant: modò ipsi verbum Dei sincere prædicent. Docet Lucas præordinatos esse à Deo qui sint credituri. Actum. 13.

Soluite & adducite mihi. Docet Christus omnes prædicores, quid suis ministerijs prætere debeat, nempe vtrumq; hominem internum & externum soluere à diaboli captiuitate per Sacramenta, & adducere per doctrinam.


Et si quis aliquid vobis dixerit, dicit, Dominus his opus habet. Vaticinium est quo Christus omnes ministros ecclesie præmunit, prædicens aliquot futuros semper qui ecclesie catholice & eius euangelio, & doctrinis sint aduersaturi, quales fuerunt olim Ariani, Ebionitæ, Pelagiani, Turcæ, & nunc in præsentiarum Lutherani & Calvinista.

Soluentes adduxerunt ad Iesum, & imposuerunt vestimenta sua. Docet Euangelista discipulorum obediēciam, qui soluentes adduxerūt asinam & pullum, per quos significatur populus Iudaicus & Gentilis. Dicit, ad Iesum, vt doceat prædicores id semper procuratores, ne ad mundum neque diabolum, neque ad carnē, neque ad se trahant populum Christianum, quod faciunt hæretici & falsi prædicores, sed ad Iesum, qui est nostra sanctificatio & redemptio.

Populorum, qui pro honore & gloria noui Regis noui interni gaudij debebant demonstrationem, scilicet ramis palmarum & oliuarum, atque vestimentis spargendo vias. Rami ac vestimenta, exempla patriarcharum ac prophetarum, apostolorum ac martyrum, & aliorum patrum significant: quibus via quibus itur ad supernam Ierosolymam exornantur, quibus etiam viae alij qui sunt inferioris aptantur, ne ita videantur difficiles & graues cum viderint populum innumerabilem per eandem viam in Ierusalem cœlestem conscendisse.

Puerorum clamantium Hosanna, & populorū qui præcedebant & sublequebantur. Cum iubilo canentes, Benedictus qui venit in nomine Domini: sitis acclamationibus fatentur Christum esse verū Messiam in lege promissum, qui daturus sit pacem internam hominibus, quique ipsos sit reconciliaturus Deo. Significant etiam præcedentes populi patres veteris testamenti, qui Christum præcesserūt & subsequentes significant pios Christianos qui post Christum etiam crediderunt, quos omnes docet religio catholica non nisi per Christum saluatos fuisse. Non est aliud nomen datum hominibus, &c. Actum 4. Cum quibus etiam & nos modò conlitemur Christum vnicum esse victorem diaboli & inferni, & pacis nostre auctorem.

Est Christus racemus ille vuarum, quem humeris impositum Caleb & Iosue relique multitudini ex terra promissionis auulsum intuentium gestarunt. Ambos participes fuisse fructus nemo est qui dubitet, quamuis posteriore vidente racemum anterior visionis beneficio caruerit. Significabit hi duo viri vtrumque populum, Iudaicum & Israeliticum. Numer. 13.



Multi Reges & Prophetae voluerunt videre, te fle Christo, Luca 10.

HVIVS lectionis Euangelicæ ille est scopus ac sensus literalis. Voluit Christus hoc factò Iudæos admonere se esse verum illum Messiam in lege ipsis promissum, cuius aduentum patriarchæ tam ardentè expectauerant, atque futurum prædixerant, quem etiam ipsi Iudæi maximè se in vocis habere frequentissimè affirmabant. Vt autem ipsos in sui cognitionem inducat, doceatque se esse eum quem Zacharias ante quadringentos & nonaginta annos, à secundo anno Darij, Artaxerxis Longimani, & Isaia ferè ante octingentos prædixerat regem ac liberatorem Iudæorum, totūque mundi saluatorem venturum. Multis reorè seculis Deus Opt. multa signa dederat populo Iudaico, quibus verum illum Messiam, quem ipse illis promiserat, ab alijs falsis prophetis, qui sibi illustrem illum titulum dignitatēque amplissimam vsurparari erant, dignosceret. Et inter alia quàmplurima que sacris scripturis prodita continentur, illud quod præsens Euangelij proponit atq; describit, principem habet locum. Signa quibus Messias verus, verusque filius Dei & homo cognoscendus erat à Iudæis, aliquot his subiiciam, nempe illud Isa. 7. Ecce virgo concipiet, &c. Rursum Habacuc 3. In medio duorum animalium cognosceris, &c. Isa. ca. 40. Vox clamantis in deserto. Et illud eundè Isa. 35. Tunc aperietur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt, &c. Et istud in hodierno Euangelio à Matthæo inductum ex Zachariae 9. & Isaia 62. scilicet, Dicite filia Syon, Ecce Rex tuus venit, sedens super asinam & pullum.

Vfus huius Euangelij est cognoscere Christū filiū Mariæ esse verū Messiam in lege & prophetis promissum, & fateri eundè esse verū Dei filiū & verum hominē filium virginis, verū regem Saluatorē ac redemptorē non tantum Iudæorū, sed totius generis humani. De cuius veritate nihil profus dubitare licebit, vt qui ipse vnicus sit, cui omnia signa à Rege patre ab initio per figuras, per prophetarū oracula prædicta quadrent, & mirifice congruant. Sunt igitur animi Christianorum in fide confirmandi, nec vacillare alicui licebit vnquam, quin Iudæorū perfidiam non incurrat, etsi multi (quod futurū Christus prædixit) dicat, Ecce hic est Christus. Docebit concionatores inexcusabiles esse Iudæos, qui Christum hodie ingredientem non vt verū Messiam receperunt, cuius veram præsentiam asina, pullus, rami, vestes, voces discipulorum, puerorū atq; populorum clamores testabantur, atque ipsorum auribus inferebant, ne silentio ipsum venisse vnquam causari possint. Erant omnia illa quasi præcones Christi. Docebit populum multos venturos in nomine Christi, qui nihil minus quàm admittendi sunt, vt quibus signum hodiernum per prophetas prædictum non conueniat, & falsi sunt prophetae & Antichristi.

Elicatur hinc grauem illam esse cecitatem, quæ animorū malitia menti parit, siquidem nec ipsum solē videat. Iudæi malitia propria excecati, Christū solē iustitiæ hodie suā ciuitatē & templū ingredientē minime viderūt.



DOMINICA SECUNDA
ADVENTVS DOMINI.


Euangelium Lucæ xxxj.

In illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superueniēt vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientē in nube cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinē: Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producant iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

In hoc

Dominica II. Aduentus Domini. Euangelium Lucae XXI.

In hoc Euangelio loquitur Christus de aduentu suo ad iudicium, & facit quatuor,



DOMINICA TERTIA
ADVENTVS DOMINI.


Euangelium Matth. xj.

IN illo tēpore, Iohannes cū audisset in vincu- *Luc. 7. c*
lis opera Christi, mittēs duos de discipulis suis,
ait illi, Tu es qui venturus es, an aliū expectamus?
Et respondens Iesus ait illis, Euntes renunciate
Iohanni quæ audistis & vidistis, Cæci vident,
claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audi- *Isa. 35. b*
unt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.
& beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.
Illis autē abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad tur-
bas de Iohanne, Quid existis in desertum vide-
re? arundinem vento agitatam? Sed quid existis
videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui
mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.
Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico
vobis, & plusquàm prophetam. Hic est enim de
quo scriptū est, Ecce ego mitto angelum meum *Malac. 3. a*
ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam
ante te.

c

Hoc

Hoc Euangelium complectitur boni



DOMINICA QVARTA
ADVENTVS DOMINI.

Euangelium Iohannis I.

In illo tempore, Miserunt Iudæi ab Ierosoly-
mis sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interro-
garent eum, Tu quis es? Et confessus est, &
non negauit: & confessus est, Quia non sum ego
Christus. Et interrogauerunt eum, Quid ergo?
Elias es tu? Et dixit, Non sum. Propheta es tu?
Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei, Quis es? vt
responsum demus his qui miserunt nos, quid
dicis de teipso? Ait, Ego vox clamantis in deser-
to, Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias pro-
pheta. Et qui misi fuerant, erant ex Phariseis.


Isa. 40. a
Math. 3. a
Marc. 1. a
Luc. 3. a

Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid
ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias,
neq; Propheta? Respondit eis Iohannes, dicens,
Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum
stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me ven-
turus est, qui ante me factus est: cuius ego non
sum dignus vt soluã eius corrigiam calceamenti.

Math. 3. c
Marc. 1. b
Luc. 3. c
Act. 1. a. 2
a. 11 c. 19 a

Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi
erat Iohannes baptizans.

Hoc Euangelium completitur tria,



EX hoc euangelio constat voluntaria cæcitas Iudæorum, & peruersum animorum suorum affectum cognoscimus, vt qui cū docti fuerint, ceruicibus, sciant ex scripturis quàm plurima signa sibi multis retrò seculis à Deo pro vero Mesiā dignoscendo exhibita, nil minus curant. Sed Dei voluntate & providentia neglectis, non eum suscipiunt Christum & Mesiā, quem Deus Opt. ac Max. ad ipsos mittit. Sed hunc negligentes, ipsi Christum sibi fingere & eligere præsumunt, quem in suis vitijs dissimulandis habeant proprium. Tales sunt nostro seculo Lutherani, & minisci: imitantes Iudæos, qui Christi & Mesiæ nomen in Iohanne amabant, interim personam veri Mesiæ in Christo contemnebant. De his Isaías cap. 30. Populus enim ad iracundiam pronocans est, &c. Tales etiam sunt mali Christiani catholici, qui ita interdum suis vitijs sunt dediti, vt nomine tantum Christiiani sint, reuera Christum atque eius doctrinam contemnant. De eiusmodi ait Paulus ad Tir. 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

Malitiosa interrogatio Iudæorum inde constat, quòd rogant ex Iohanne num sit Christus, cū nec minimū signum eorum quæ propheta prædixerat, ipsi congruat. Non enim Iohannes erat ex tribu Iudæ, sed ex tribu Nephtali: nec natus ex virgine & puella, sed ex corrupta & sene: neq; natus in Beth-léhem, sed in montanis Iudææ: nec fuerat vocatus ex Aegypto, sed ex deserto: nec fecerat miracula, neq; adoratus fuerat à regibus, nec vocatus Nixareus &c. que omnia de vero Mesiā propheta prædixerat. Manifestiora erant hæc, quàm que ab ipsis, nisi volentia puniamur, sicuti tunc Iudæi, & nostro seculo Germani, Angli, & Genouenses: qui propter suam malitiam Christum à se expulerunt, & Iohannem Brentium, Martinum Lutherum, & fuerunt verò & pseudopropheta in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducēt sectas perditionis, & eum qui emit eos, dominum negant, superinducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.


IN DIE NATIVITATIS
DOMINI IESV CHRISTI.

Euangelium Lucae ij.

IN diebus illis exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima, facta est à præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur, singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, ciuitatem Dauid quæ vocatur Beth-léhem: eò quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cū MARIÀ desponsata sibi vxore, pregnante. Factum est autè: cùm essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filiū suum primogenitū, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuerforio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce, angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerūt timore magno. Et dixit illis angelus, Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnū quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator qui est CHRISTVS Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum, Inuenietis infantem pannis inuolutum: & positum in præsepio. Et subito facta est cū angelo multitudo militiae cælestis, laudantium Deum & dicentiū, Gloria in altissimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

¶ Et factum est: vt discesserunt ab eis angeli in cælum, pastores loquebantur ad inuicē, Transeamus vsq; Beth-léhem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerunt MARIAM & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerūt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierūt, mirati sunt: & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. MARIÀ autè conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

Historia Euangelica de Christi natiuitate quatuor consideranda proponit,



Historia huius Euangelij non tantum confirmat articulum illum nostrae fidei de incarnatione Verbi, Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est: verum continet alias circumstantias, quae sacramento incarnationis Verbi confirmando, multum momenti adferunt. Primo, narrat atque declarat ordinem natiuitatis Christi. Secundo, docet in Beth-lehem Iuda, ciuitate Dauid natum fuisse. Intra illud Mich. 5. cap. Et tu Beth-lehem terra Iuda, nequaquam minima es, &c. Et iuxta illud Dauidis, Psal. 131. Audiuimus eam in Ephraim, inuenimus eam in campis sylvae. Terrio, docet veritatem vaticinij Habacuc, qui 3. cap. dixerat fore, vt medius inter duo animalia natus, esset cognoscendus. Quarto, testatur extremam paupertate, in qua Christus natus est. Quinto, narrat qui primi ipsum natum inuiderint, adorauerintq;: Virgo scilicet, Ioseph, atque pastores. Sexto, refert qui testificati fuerint mundo eius natiuitatem, & quibus primum: angeli scilicet pastoribus. Quae omnia multis retro seculis ita vaticinati fuerant omnes prophetae. Nihil est igitur quo Christiani dubitare possint de veritate huius articuli, sed firmiter statuent ipsum esse verum.

IN DIE CIRCUN-
CISIONIS CHRISTI.

Euangelium Luce ij.

*Leuit. 12. a
Suprà. 1. c
Matth. 1. c*

In illo tempore, Postquam consummati
sunt dies octo vt circuncideretur puer:
vocatam est nomen eius IESVS, quod
vocatam est ab angelo priùs quàm in vte-
ro conciperetur.

Hoc

Hoc Euangelium completitur duo,

Circumcisionem Christi, circa quam notanda sunt nouem.

Nomen IESVS.

- I. Vbi mandata sit in scripturis, nempe Genesis 17. Postquam Abraham esset nonaginta nouem annorum, apparuit ei Deus, dixitque ad eum, Statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te, &c. Est hoc pactum meum, Circumcidetur ex vobis omne masculinum, Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Et masculus cuius praputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit.
- II. Quid circumcisio sit, nempe pactum atque foedus, quod Deus fecit cum Abraham & semine eius. Sicuti enim in contractibus literarum constituuntur sigillis appensis, sic Deus promissionem suam, & foedus circumcisionis simbolo, velut annexo sigillo, corroborauit. Erat & sacramentum populo Israëlitico à Deo concessum, cuius beneficio peccati originalis prauitatem repelleret, & iustitiam originalis innocentiam sibi compararent. Vide D. August. ad Valerium lib. 2. de nupt. & concupisc. cap. 11. in fine, to. 7.
- III. Quotplex sit circumcisio: duplex, { Externa, } { Corporalis, } { Circumciditur caro, } { Ista } { Tantum masculos. } { Ista obligabat vsque ad Christum. Hinc Paulus ad Gala. 5. Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. }
 { Interna, } { Spiritualis. } { Quae sit, quādo } { Concernit } { Masculos & feminas. } { Haec obligat semper, vsque ad finem mundi. }
 { Circumciduntur affectus mali in singulis sensibus. } { Ista }
- IIII. Quare data sit circumcisio, nempe propter tres causas. { I. Vt Deus reuonderet humanæ rationis acumen, quæ sibi videtur plerumque sapientissima ad scrutandum opera Dei. }
 { II. Vt nos admoneret nostræ vitiosæ naturitatis & miseriarum, in quas nos Adæ inobedientia coniecit. }
 { III. Vt Iudæi haberent sacramentum pro peccato originis expiando, & notam qua cognoscerentur ad populum Dei pertinere. }
- V. Quis vsus circumcisionis, nempe vt nos Christiani circumcidamus membranostri, Christo dicente, Si oculus tuus scandalizat te, &c. Matth. 18. Inprimis cor est circumcidendum, quod est radix omnium malorum. Ex corde exeunt mala cogitationes. Matth. 15. Hanc qua Iudæi non habebant, Stephanus eos vocabat incircumcisos corde & auribus. Act. 7. Haec circumcisio cordis est adeo necessaria omnibus Christianis, vt Deut. 10. Deus ita iusserit, Circumcidetis praputium cordis vestri, &c. Ierem. 4. Circumcidimini Domino, & auferte praputia cordis vestri. Haec circumcisio cordis non fit manu, aut voluntate tantum humana, sed spiritu Dei viuui, dicente Moise Deut. 30. Circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas Dominum Deum tuum, &c. Ad Coloss. 2.
- VI. Cur Deus præceperit circumcidi oculos, aut aures, aut pedes: vt ostendat totam naturam nostram esse corruptam. Scio, inquit Paulus, quod in me, hoc est in carne mea, non habitat bonum. Rom. 7.
- VII. Cur cultro lapideo? quia Christus petra est: per hunc oportet nos circumcidi in sacramentis ab omnibus peccatis. 1. Corint. 10. Petra autem erat Christus. Et 1. Pet. 2. Lapis offensionis, & petra scandali, &c.
- VIII. Cur Christus fecerit se circumcidi, cum esset ipsa iustitia. Venit legem impleturus, vt nos à maledictione legis eriperet. Ad Galat. 4. Factus sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret.
- IX. Cur octauo die? Octauus dies adumbrat vltimam resurrectionem, vbi fiet vera & perfecta circumcisio. Et quia puerorum caro non ante est satis consolidata, vt tantum possit ferre dolorem.
- Hoc nomen IESVS attulit Angelus de caelo, dixitque Mariae, Concipies & paries filium, & vocabis nomen eius IESVS. Luc. 1. Hoc nomen prædicabant Apostoli per totum orbem terrarum, faciebantque per hoc nomen multa signa & prodigia in populo. Luc. 10.
- In hoc nomine Petrus curauit claudum ante portam templi. Act. 3. & paraliticum Aeneam. Act. 9.
- Propter hoc nomen occisi sunt omnes Christi martyres.
- Hoc nomen adorant Reges & principes, prædicant Episcopi & sacerdotes, confitentur omnes Christi fideles.
- Hoc nomen adeo Paulus dilexit, vt in suis epistolis ferè per singulas periodos inculcauerit, atque inseruerit.
- Hoc nomen dat virtutem vt triumphemus de nostris inimicis. Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini magnificabimur. Psalm. 19.
- Hoc nomen dat virtutem nostris orationibus.
- Hoc nomen habebunt omnes electi scriptum in frontibus suis. Apocal. 7.
- Hoc nomen datum est hominibus de caelo, in cuius virtute saluentur. Act. 4. Non est aliud nomen datum hominibus sub caelo, in quo oporteat nos saluari, nisi in nomine IESVS. & Ioel. 2. Qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Sed hæc quæ de nomine IESV diximus, concionator declarabit populo non esse intelligenda de vocali tantum expressione, quam plerumque ore habere solemus, sed de virtute huius nominis in corde reclusa. Sicut enim Euangelium scriptum ferentem non inuat, sed ob superstitionem nocet, prodest autem si corde res Euangelio contentas geramus, & amemus: ita nomen Iesu non omnibus prodest, dicente Christo, Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est. Matth. 7.

EST locus oportunus satis ad persuadendum Christianis, vt ab omni sinistra & peruersa cogitatione, & ab omni malo proposito abstineant: quod si fiat, veram cordium circumcisionem se habere confidant. Circumcidendum est cor, circumcidenda lingua, circumcidenda aures, circumcidendi oculi, non ferro, non cultro lapideo, sed spiritu Dei viuui. Si ita circumcisi fuerimus, nec malum animus concipiet, nec iniqua parturiet, nec manus parrabit, nec oculus ad concupiscendum videbit. Quam circumcisionem à nobis requirit Deus. Paulus ad Rom. 2. Non enim quæ in manifesto est carnis circumcisio, sed circumcisio cordis in spiritu, id est, ea quæ fit intus, per spiritum sancti virtutem.

EVANGELIVM DOMI-
NICAE SEQVENTIS DIEM
NATALEM DOMINI.

Luce ij.


IN illo tempore, Erat pater IESV & mater mi-
rantes super his quæ dicebantur de illo. Et be-
nedixit illis Simeon: & dixit ad MARIAM ma-
trem eius, Ecce positus est hic in ruinam, & in
resurrectionem multorum in Israël, & in signum
cui contradicetur: (& tuam ipsius animam per-
transibit gladius) vt reuelentur ex multis cordi-
bus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, fi-
lia Phanúel, de tribu Aser: hæc procefferat in die-
bus multis, & vixerat cum viro suo annis septem
à virginitate sua. Et hæc vidua erat vsq; ad annos
octoginta quatuor: quæ non discedebat de tem-
plo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac
die. Et hæc, ipsa hora superueniens confitebatur
Domino: & loquebatur de illo omnibus qui ex-
pectabant redemptionem Israël. Et vt perfece-
runt omnia secundum legem Domini, reuersi
sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth.
Puer autem crescebat, & confortabatur: plenus
sapientia: & gratia Dei erat in illo.

Isaie 3. c
Rom. 9. g
1. Pet. 2. b

g *In hoc*

Euangelium Dominicæ sequentis diem natalem Domini. Lucæ II.

In hoc Euangelio tria veniunt obseruanda,



IN DIE EPIPHANIÆ
DOMINI.

Evangelium Matthæi ij.

In illo tēpore, Cū ergo natus esset Iesus in Beth-
léhem Iudæ in diebus Herodis Regis, ecce Magi
ab oriente venerunt Ierosolymam, dicentes, Vbi est
qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam
eius in oriente, & vēnimus adorare eum. Audiens
autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Ieroso-
lyma cum illo. Et congregans omnes principes sa-
cerdotum & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi
Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Beth-lé-
hem Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetam,
Et tu Beth-léhem Terra-Iuda, nequaquam minima
es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui re-
gat populum meum Israël. Tunc Herodes clam vo-
catis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ
quæ apparuit eis. & mittens illos in Beth-léhem,
dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero: & cū
inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens ado-
rem eum. Qui cū audissent Regem, abierunt. &
ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat
eos, vsque dum veniens staret supra, vbi erat puer.
Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno
valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerū cum
M A R I A matre eius. & procidentes adorauerunt eū:
& apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, au-
rum, thus, & myrrham. Et responso accepto in so-
mnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam re-
uerfi sunt in regionem suam.

Michæ. 5. a

Iohan. 7. f

Psal. 71. b

Historia

Historia Evangelica complectitur nouem,

- I. Tempus & locum natiuitatis Christi. Cum natus esset, inquit, Iesus in Beth-lêhem Iudæ in diebus Herodis Regis. Quod Euangelista ait, In
- Beth-lêhem,
Beth-lêhem Iudæ,
Diebus Herodis Regis,
- Vult ip[s]is
- In memoriam reuocare vaticinium Michææ, Et tu Beth-lêhem Ephrâta, paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël, & ingressus eius ab initio à diebus æternitatis. Cap. 5.
- Ostendere cuius populi Rex futurus sit, nempe Iudæorum: proinde ad differentiam Beth-lêhem in tribu Zabulon. de qua fit mentio Iosue 19. quæ erat in Galilæa.
- Redigere in memoriam vaticinium patriarchæ Iacob, Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, &c. Genes. 49.
- II. Vocationem Gentium per stellam. Venerunt, inquit, Magi ab oriente Ierosolyman, dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim &c. Magi isti auctore Strabone, lib. 16. fuisse apud Persas, quod Chaldæi apud Babylonios, Sacerdotes apud Aegyptios, & Moses apud Hebræos, viri sapientes, & in rebus naturalibus ac motibus cælestibus eruditi.
- III. Turbationem
- Herodis Regis, qui violento imperio regnum Iudæorum occupauerat: ideo nunquam fuit animo tranquillo, semper sibi metuebat ne quis ex regio femine superstes emergeret, qui ipsum regia exturbaret sede. Idcirco familiam Dauid adeo est persecutus, vt quasi extincta planè tunc temporis haberetur.
- Ierosolymanum, qui triginta iam annos experti fuerant populi Romani & Herodis Regis tyrannidem. Metuebant igitur propter nouum Regem natum, nouos excitandos tumultus.
- IIII. Vulpinam Herodis calliditatem. Conuocauit enim
- Publicè omnes pontifices & scribas populi, & sciscitatur ab eis locum Christi nascituri. Qui dicunt ei, In Beth-lêhem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam Michæam, Et tu Beth-lêhem Terra-Iuda, nequaquam &c. Cap. 5.
- Clam Magos, diligentèrque ab eis inquiri tempus stellæ. Et dixit ad eos, Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniam, & adorem eum. O vulpinam astutiam. Nam putabat se venturum ad puerum Regem natum, ipsùmque occisurum. At non est consilium, neque prudentia contra Dominum. Prouerb. 21.
- V. Miram impietatem, & cæcitatem pontificum & scribarum: indicant enim Herodi Regi, & Magis locum natiuitatis Christi ex scripturis, ipsi tamen non credunt, neque Christum quaerunt. Quare hæc prophætæ citatio damnabit eos in nouissimo die.
- VI. Tentationem Magorum. Veniunt Ierosolyman metropolim Iudæorum, querentes Regem natum, sed nõ inueniunt. Potuissent dicere omnem itineris molestiam frustra fuisse susceptam, ob idque ab incepta professione desistere. Hinc monet Dauid Psalm. 104. Querite Dominum & confirmamini, quare faciem eius semper.
- VII. Consolationem Magorum: audito enim Rege profecti sunt. Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, donec progressa staret supra locum vbi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et ingressi domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & prostrati adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham, quæ præstantissima protulerat eorum patria.
- VIII. Munera Magorum Christo oblata,
- Thus,
Aurum,
Myrrham.
- Sicut
- Deo vero,
Regi magno,
Homini morituro, resurrecturo tamen, perpetuumque victuro.
- Debemus & nos offerre Christo
- Thus fidei. Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Heb. 11.
- Aurum charitatis, Dei & proximi, quo Dei dilectores sumus, & proximorum inopias subleuemus. Plenitudo legis est dilectio. Rom. 13.
- Myrrham mortificationem carnis. Iuxta illud Pauli, Si vixeritis secundum carnem, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Ad Rom. 8.
- His tribus virtutibus tanquam officijs veris, colitur Deus cultu vero, & necessario ad salutem consequendam.
- IX. Reditum Magorum per aliam viam. Solet diuina prouidentia suis prospicere, atque ita consulere ne in hostiũ veniant manus. Quod si ad suam gloriam, vel nostrarum animarum salutem hoc viderit expedire, immittit afflictiones, sed simul etiam gratiam, ne deficiamus, nisi velimus. Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouectum, vt possitis sustinere. 1. Corinth. 10. Christianorum est se in periculum temere non conjicere. Paulus in sporta per murum Damasci fuit demissus, fugitque hostiles manus. Act. 9. Fugit & Athanasius Arrianorum insidias, alijs complures.

Et nos qui in hunc mundum venimus per viam sceleratam, per peccatum originis inquinati, redire debemus per aliam viam, nempe per viam Christi. scilicet fidei, charitatis, mortificationis, in futuram illam atque cælestem patriam, quam hic peregrinantes inquirimus. Quod faxit qui est in secula benedictus, Deus. Amen.

DOMINICA I. POST
EPIPHANIAE DOMINI.

Euangelium Lucae ij.

In illo tempore, Cùm factus esset IESVS annorum duodecim, ascendentibus illis in Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cum redirent, remansit puer IESVS in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stuebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et IESVS proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.

Dominica I. post Epiphania Domini. Euangelium Lucae II.

Historia haec Evangelica complectitur sex,

- I. Professionem Christi in ciuitatem Ierosolyman, secundum consuetudinem dici festi. Mandatum enim erat Iudaeis, Deuter. 16. tribus vicibus annuatim in templo comparere, scilicet in solemnitate
 - Pascha, siue azymorum,
 - Pentecostes, siue hebdomadarum,
 - Tabernaculorum.
 Vt recordaretur
 - Eduktionis patrum de Aegypto per mare rubrum. Exod. 14.
 - Datae legis Mosaicæ in monte Sinai. Exod. 19.
 - Peregrinationis, qua in deserto per 40. annos sub dio vivebant.

- II. Digressionem Christi à parentibus. Factus enim annorum duodecim voluit exhibere specimen vocacionis, vt ostenderet se verum à Deo patre factum doctorem ad docendum veritatis viam. Quare, se autem excusationem non habent de peccato suo. Iohan. 15.
 - In Beth-léhem Iudææ vrbe peregrina, apud ignotos, in stabulo, inter bestias, filium suum parere, & in praesepe reclinare coacta est.
 - A Simeone viro pio sic benedebatur, vt animum despondere potuisset, nisi spiritus sanctus fortitudinis gratia ipsius cor confirmasset.
 - Herodem tyrannum fugere cum filio in Aegypto coacta est, ibique inter alienigenas & idololatrias in summa omnium rerum penuria, quamdiu aeterno placuit patri, vitam aegit.
 - Filium in templo Ierosolyman amittit, atque eius praesentia & familiaritate toto triduo, magno animi sui dolore caruit, tandemque triduo peracto in templo reperit.

- III. Christi ad virginem matrem responsura, Quid est quod me quarebatis? an nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Quibus verbis indicat Christus parentes aut
 - Intempestiuus liberorum curis & sollicitudinibus nimis distorqueri, aut
 - Negligentia nimia languescere, ita vt modum seruare nequeant.
 Christus hęc responsione ostendit nihil se in suos parentes vnquam commississe: docetque simul, Deo magis obediendum quam parentibus. Act. 5. Nam etsi Deus graui maledictione filijs vt parentibus obediens se praesent, insulerit, ea tamen lege, vt sibi supraam auctoritatem, & obedientiam illibatam reseruent. Hęc Christi verba, Quid est quod me quarebatis? an nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, &c. sunt omnibus Christianis accipienda quasi armatura contra omnes tentationes Sathanae, magi, carnis. Maxime cum parentes, vel quæuis alia creatura praesumpserit nos inducere vt aliquid contra legem Dei faciamus, nec respondendum est, Au nescitis quia in his quæ patris mei caelestis sunt, oportet me esse?

- V. Obedientiam Christi.
 - Descendit cum eis,
 - Venit Nazareth,
 - Erat subditus illis.
 His verbis breuiter Lucas describit obedientiam Christi, nempe quod fuerit parentibus subditus. Confunditq; filiorum huius seculi prauitatem & superbiam, qui suis parentibus adeo inobedientes se praestant, vt interdum nec vestigium minimum gratitudinis aut humanitatis in ipsis reluceat. Vide initium epistolæ Pauli ad Ephesios, cap. 6.

- VI. Adolescentiam Christi. Sicut Christus aetate & robore ac viribus indies magis ac magis crescebat, ita eius sapientia, quam experimentalem vocant, magis ac magis sese videndam exerebat, illustriorque apparebat. Nam quod ad solidas & veras virtutes attinet, à primo instanti suæ conceptionis fuit verus atque perfectus homo, plenus gratia & veritate, omnibus virtutibus à spiritu sancto decoratus. Iohan. 1. Erat Christus vniuersi patri usque ad mortem, Philip. 2. praebens nobis exemplum, vt & nos ipsi Deo, parentibus, malis, Episcopis, pastoribus, magistratibus obtemperemus. Vt per obedientiam Dei iustificati cresemus in viros perfectos, quibus Deus daturus sit suam gloriam. Amen.

DOMINICA II. POST

EPIPHANIAE.

Euangelium Iohannis ij.

In illo tēpore, Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater IESV ibi. Vocatus est autē & IESVS, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino dicit mater IESV ad eū, Vinū non habent. Et dicit ei IESVS, Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris, Quodcunq; dixerit vobis, facite. Erant autē ibi lapideæ hydriæ sex positæ secūdum purificationem Iudæorū, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis IESVS, Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas vsq; ad summum. Et dicit eis Iesus, Haurite nunc, & ferte architriclino: & tulerunt. Vt autē gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserāt aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei, Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cū inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonū vinū vsq; adhuc. Hoc fecit initiū signorū IESVS in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

Historia

Historia Evangelica complectitur quatuor,

Sacramentum matrimonij esse opus dei. Nam	Deus pater instituit illud in paradiso tempore innocentie. Et quam singulari sua providentia illud instituerit, docet Moses, qui	Genes. 1. docet Deum ante hominem creatum dixisse, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ut dominetur in piscem maris, & in volucrum cali, & in iumentum, & in omnem terram. Et Genes. 2. Formavit Deus hominem de limo terre, & insufflavit in faciem eius spiraculum vite.		
		Ibid. Dixit Deus, Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Immisit Dominus Deus soporem in Adam, tulitque vnam ex costis eius, & clausit carnem pro ea. Et edificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam, Hoc nunc, os ex ossibus meis, & caro de carne mea. hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adheret uxori suæ: & erunt duo in carne vna. Et benedixit illis, & ait, Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Genes. 1.		
Causas coniugij, quare sit institutum, nempe ad	Christus Dei æterni patris filius sua præsentia idem sacramentum decoravit, Iohan. 2. de quoque in sacramentum novæ legis instituit atque confirmavit, quando dixit, Quod Deus coniunxit, homo non separet. Matth. 19. & Marc. 10. Quod Paulus qui Christi erat discipulus, quisq; de huius matrimonij dignitate in celesti illa schola fuerat instructus, inde reuersus sacramentum magnum vocavit. Ad Ephes. 5. Et primo miraculo Christus ipsum commendavit.	Procreandam sobolem pro conseruatione generis humani, & præcipit vt ecclesiæ filios inde renatos haberet. Nam Deus non concupiscit multitudinem filiorum infidelium. Eccl. 15. Omnia sunt propter electos. 2. Timot. 2. Nuptiæ non tantum sunt institutæ vt filij nascantur, sed vt renascantur in Christo. August. lib. 1. de nupt. & concupiscen. cap. 8. Idem cap. 17.		
		Vitanda peccata fornicationis & adulterij. Propter fornicationem vnusquisque suam uxorem habeat, & vnaqueque suum virum. 1. Corinth. 7.		
Quid faciendum coniugatis: debent enim persequere, & in memoriam reuocare.	Vitandum otium, & vacationem à labore. Nam	Otium in hac vita est pessima res. Ecce hæc fuit iniquitas Sodome fororis tuæ, superbia, abundantia panis, & otium ipsius & filiarum eius. Ezech. 16.		
		Fidem, Sacramentum, Charitatem, Prolem, Crucem.	Otium peperit omnia vitia. Ideo Christus reprehendit omnes otiosos, Quid hic statis tota die otiosi. Matth. 23. Omnino igitur est fugiendum.	
			Labor res optima est. Præcludit enim viam omnibus malis cogitationibus, verbis atque factis. Augeret rem familiarem & domesticam, hominem seruat incolumem, eundemq; dignum facit qui panem manducet, vt vitam laudabiliter transigat, mandatumque diuinum impleat. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Genes. 3.	
		Egregium exemplum	Fidei Charitatis	Vt sciant coniugati coniugium non tantum opus esse Dei, verum & sacramentum à Deo institutum: ipsi quoque sua singulari bonitate conspicuam uxorem posse dare, qua vnusquisq; contentus, aliarum formarum desinat spectator esse, vt concupiscat. suaque uxori ita fidem propter Deum seruet, vt à Deo sperare possit fidei præmium. quam coniugi non propter carnem, vt impij, sed propter Christum seruat: & ab uxore vult sibi eodem modo seruari. August. lib. 1. de nupt. & concupisc. cap. 17.
				Vt sciant coniuges tunc sacramenti matrimonij virtutem retinere, quando ipsi coniugati sacramentum nec separari nec adulterari permittunt, sed concorditer castæque custodiunt. Idem ibid.
		Vt sciant coniuges coniugium statum esse pacis atque mutue charitatis. In quo alter coniugum alterum amet, eique inferuat, consulat, & auxilietur. & vt primum inter coniugatos, deinde inter liberos, familiam, omnemque homines exuberet charitatis obsequium, præsidium atque consolatio.		
		Vt intelligant coniugati se in eum finem coniugatos, non tantum vt filios gignant, quod & impij, infideles, & heretici intendunt, sed vt proles quas propagauerint, Deo per sacramentum consecrare debeant, vt ex ipsis nati Deo renascantur. August. lib. 1. de nupt. & concupisc. cap. 8. & 17.		
		Vt coniugati intelligant acerbam crucem à Deo sibi impositam. Crux enim		
		Viri est, Maledicta terra propter te. & in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Genes. 3.		
		Mulieris est, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios tuos, & vir dominabitur tui. Ibidem.		
		Sed vterque habet consolationem: crux enim erit temporalis, futura sarcina corporis, non animæ.		
		Maria, nam vbi vinum deficeret, dixit ad IESVM, Vinum non habent. Non petit expressis verbis miraculum, sed tantum necessitatem amicorum Christo proponit: caterum modum eius necessitatis occurrenda IESV voluntati que arbitrio relinquit. Vt nos doceat in nostris miseris ad Christum recurrentum, & vbi illi indigentiam nostram manifestauerimus, non illi prescribamus tempus, aut modum, aut horam qua nobis id quod postulamus concedat: sed hoc eius relinquamus arbitrio. Hoc ipse nos docuit, cum dixit, Cum oratis dicite, Fiat voluntas tua. Lucæ 11. Ineptè & malitiosè agunt nostri seculi hæretici, qui ex hoc loco prolissas orationes condemnant. Hoc est fidei officium, nos ad Christum dirigere, ipsum & in ipsius misericordiam nostram spem collocare. Hinc Paulus, Sine fide impossibile est Deo placere. Heb. 11.		
		Christo, qui vinum præstantissimum suppeditauit. Quamiraculo innuit se necessitatibus coniugatorum libenter prospecturum, modò ipsi obedientes se Christo, & eius sponsæ ecclesiæ præsent, & Christum per virginis Mariæ & aliorum sanctorum intercessionem orent. Docet etiam non tantum necessitatibus, verum & honestis conuiuijs, si quid desit, modò pij simus, vltro necessaria suppeditatum. Quoniam non est inopia timentibus Deum. Psalm. 33.		

Dogma huius Euangelij lectione contentum est, Christianis licere conuiuia in nuptijs, & alijs temporibus celebrare: ea tamen lege vt comestiones & ebriitates in ipsis non inueniantur, neque fastus, aut superfluus ferulorum luxus, sed honesta moderatio, & amicorum mutua recreatio. Quæ si ita instituantur vt ventri & luxui non seruiant, Christus ipse sua præsentia decorabit, tantum abest vt ab ipso damnentur. Improbantur verò conuiuia diuitis epulonis, qui mendici Lazari non miserebarur, Lucæ 16. ac filiorum Iob, quos flamma à celo demissa conuiuantes consumpsit. Iob 1. Item populi Israëliti, qui vbi comedissent & bibissent surrexerunt ludere. Exod. 32.


Dicitur in principio Euangelij, Erat mater IESV ibi: qua forsitan èd vocata fuerat, Matrona nostris temporibus vocari ad nuptias solent, non solum vt sua præsentia nuptias cohonestent, quin etiam vt nouas uxores sui officij admoncant & informant. nempe vt maritus honorent, ipsisque obediant, filios in Dei timore instituant, & reliquam familiam prudenter & sancte gubernent. Iob. 6. Ephes. 5. Coloss. 3. Ita nostra conuiuia celebremus, vt Christus & Maria mater ea non dedignentur, sed ipsis vltro interesse velint.

DOMINICA III. POST
EPIPHANIAE.

Euangelium Matthæi viij.

In illo tēpore, Cū descēdisset IESVS de monte, ^{Marc. i. d}
secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus ve ^{Luc. 5. c}
niens, adorabat eum, dicēs, Domine, si vis, potes me
mundare. Et extēdens IESVS manum, tetigit eum,
dicens, Volo. Mundare. Et confestim mundata
est lepra eius. Et ait illi IESVS, Vide nemini dixe-
ris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus
quod præcepit Moses, in testimonium illis. Cū ^{Leuit. 14. a}
autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Cen ^{Luc. 7. a}
turio, rogans eum, & dicens, Domine, puer meus
iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait
illi IESVS, Ego veniam & curabo eum. Et respon-
dens Centurio, ait, Domine, non sum dignus vt in-
tres sub tectum meum, sed tantū dic verbo, & sana-
bitur puer meus. Nam & ego homo sum sub pote-
state constitutus, habēs sub me milites: & dico huic,
vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & seruo meo, fac
hoc, & facit. Audiens autem IESVS, miratus est: &
sequentibus se dixit, Amen dico vobis, non inueni
tantam fidem in Israël. Dico autē vobis quòd multi
ab Oriente & Occidente veniēt, & recumbent cum ^{Malach. 1. e}
Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorū: filij au-
tem regni eijcientur in tenebras exteriores. ibi erit
fletus & stridor dentiū. Et dixit IESVS Centurioni,
Vade: & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer
in illa hora.

Historia huius Evangelij continet causas duarum personarum,



Leprosus mundatur, non tantū quia credidit, sed quia post fidem Christus eū tetigit. Quem nisi Christus tetigisset, sanitas nullo pacto subsecuta fuisset.

Centurio obtinuit puero suo incolumitatē, nō quidem sola fide, vt talis heretici ex hoc loco affirmāt, sed fide, oratione, humilitate, atq; in famulum charitate. Nā ita legitur ipsum ad Christū locutū,

Uterque optem quod petit?

Leprosus audierat bonā famā de Christo, qd esset clemēs atque potēs, ideo venit ad Christum dicens,

Domine Si vis, Potes Me mundaue.

Breuis oratio, sed efficac, cōtinens oīa que ad veram orationē pertinet. Nam

Petit in nomine Iesu. Iuxta illud, Si quid petieritis &c. Iohan. 16.

Reiecit voluntatē suā in voluntatē Dei. Iuxta illud, Fiat voluntas tua. Matth. 6.

Credit se à Christo adiuuari posse. Possit in fide, nihil hāsītās. Iaco. 1.

Cognoscit suam miserā & petit mundationem. Oratio humilians se nubes penetrat. Eccli 35.

Ad hanc orationē declarauit Christus suā charitatē erga ipsū.

Quem protensa manu tetigit atque curauit, dicens. Volo. mūdare. Vnde colligimus quōd nisi Christus nos tetigisset, humanā naturam in se suscipiens, non fuisset sana omnis caro. Hinc Iudas, Vtinam dirumperes celos & descenderes. Cap. 64.

Docet etiam Christus quā promptus sit & paratus ad curandas omnes nostras agnitudines, si modō hoc ab illo suppliciter & diligenter petamus. Hinc ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11. Origenes homil. 5. tom. 2. Nō soluit, inquit, legē tangendo leprosum, quia accedente Christi manu lepra fugerat.

Docet Christus iudicium leproforum nō ad alios quādam ad sacerdotes spectare. Quibus adeō ex diuino iure est obediendum in causa lepræ, vt vel ab ipso mundatos ad sacerdotes ire præcipiat. Nec prius de sua puritate ipsos exultare permittit, quā sacerdotum decreto & iudicio mundi renuncientur. Quod iudicium de lepra corporali vnicum erat exemplum iudicij anime de lepra spirituali, à sacerdotibus noui testamenti faciendi. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Iohan. 20.

Centurio rogans eum, & dicens, Domine, puer meus iacet &c. line, non sum dignus vt intres sub tectum meum.

Centurio ait, Domine, si sit charitatem Deum, & reliquiam Iudæorū, n puerū: quod constat.

In Deum, & in eius populum, quia In puerum suum, quia

Seniores Iudæorum quos ad Christum miserat, dixerunt, Dignus est vt hoc illi praestes, diligit enim gentem nostram, & synagogam nobis construxit. Lucae 7. Misit seniores Iudæorum ad Christum, qui ipsum rogarent, vt eius puerum sanaret, & ipse veniens hoc ipsum rogauit.

Hæc fides, charitas & humilitas, & deuotio, & oratio Centurionis adeo placuerunt Christo

Vt sequenti se turbæ dixerit, Amen dico vobis, nō inueni tantam fidem in Israël. Quare dico vobis quod multi ab occidente & oriente venturi sunt & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno caelorum: filij verō regni eicientur in tenebras exteriores. Illic erit fletus & stridor dentium. Centurioni verō dixit, Vade, & sicut credidisti, fiat tibi.

Dogma hoc Evangelio contentum est, Christum verum esse Messiam à prophetis prædictum, & decantatum: vtpote cui omnia illa congruant testimonia, quæ propheta multis retro seculis diuinitus illustrati prædixerant. Inter quæ testimonia illud Iſaie non infimum reuelo, quod is cunctas agnitudines esse curaturus, tunc saliet claudus sicut cernuus &c. cap. 35. Quæ omnia cum videamus Christum admiranda potestate operatum, necessum est vt inde ipsum verum nostrum Messiam confiteamur, eique nostras agnitudines tum corporis tum anime, curandas offeramus.

EST etiam doctrina pro alio dogmate confirmando, nempe quod non sola fide Christi gratiaque beneuolentiam nobis promeremur: sed fide & alijs virtutibus. Quod abunde satis præsens reſatur euangelica historia de Centurione & leproso, quorum ille fide, oratione, humilitate & charitate in Deum, & in eius populum, & in suum puerum, & hominum intercessione, suæque indignitatis manifesta & vera confessione Christum accessit, eiusque gratiam sibi concit, ac seruo salutem obtinuit. Leprosus autem fide, oratione, cognitione, & confessione potentia Christi, eiusdemque bonitatis, & suæ etiam miserie, puritatem corporis est consequutus.

Magna igitur & voluntaria est hereticorum malitia, qui ex hoc loco non dubitant affirmare, sola fide nos Christum eiusque gratiam promerari. Non possum satis admirari eorum veterum, aut impudentiam extremam quorundam Genitorum, qui cum hunc locum percurrant, totq; ac tantas virtutes in Centurione cognoscant, illis præteritis ac suppressis, solam fidem extollunt, ac iactant. Nolunt intelligere vt bene agerent. Psalm. 35.




DOMINICA III. POST
EPIPHANIAE.

Euangelium Matthæi viij.

Marci 4. d
Luce 8. c **I**n illo tempore, Ascendente IESV in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat. Et accesserunt ad eum, & suscitauerunt eum dicentes, Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis, Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes, Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?

Tria

Tria proponuntur nobis in hoc Euangelio maxime necessaria obseruanda,



DOMINICA V. POST
EPIPHANIAE.

Euangelium Matthæi xiiij.

In illo tempore dixit IESVS discipulis suis parabolam hanc, Simile factum est regnum cęlorum homini qui feminavit bonum semen in agro suo. cüm autem dormirent homines, vñit inimicus eius, & superfeminavit zizania in medio tritici, & abijt. Cüm autem creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrifamiliãs, dixerunt ei, Domine, nõne bonum semen feminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis imus, & colligimus ea? Et ait, Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cū eis & triticum. Sinite vtraque crescere vsq; ad messem: & in tempore męsis dicam messoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

n *Parabola*

Euangelium hoc eleganti simile totius ecclesie statum proponit. Et sunt nobis præcipue tria consideranda.

I. Parabolæ mysterium, & verbi Dei effectus. In parabola

Ager Paterfamilias
Significat Christum Dominum.
Semen Mundum, & corda hominum.
Nam Verbum Dei.

Christus in hunc mundum venit, vt

Parisi sui nobis reuclaret voluntate. Iohan. 6.
 Maximum est hoc Christi beneficiû, sine quo omnes perire cogemur. Nâ oportet nos cum Dei gratia Incipere
 Salutem nostram, si eâ consequi voluerimus. Nos em
 Natura fumus mali, & filij iræ. Luc. 11.
 In peccatis cœpti, Psal. 50.
 In peccatis nati, Sine gratia Dei nostris viribus nihil valet efficiere. Io. 15.
 Multum igitur interest quis nos seminet. Si enim feminator fuerit
 Christus, Seminat nos
 Filios Dei, quia dat potestatem filios Dei fieri per sacramenta. Iohan. 1. Filios militie,
 Vitam æternam.

Glorificabitur igitur in nobis Deus propter summam suam clementiam & benignitatem, qua per Christum in gratiam nos recepit, & ad ferendos fructus æterna gloria dignos in sua ecclesia seminavit. caueamus modò à presumptione, ne presumamus saluam ex proprijs solùm nos posse consequi viribus, vel meritis. Maledictus homo qui confidit in homine. Ierem. 17.

In omnem terram exiit sonus eorum, Apostolorum scilicet, qui prædicabant euangelium. Psal. 18.

Scripti est:

Renati estis non ex femine corruptibili, sed in incorruptibili per verbû Dei viu. i. Pet. 1.
 Semen est verbum Dei, quod cadens in terrâ bonam fructum facit. Luca 8.
 Tam cõmunis fuit omnibus olim, & est modò prædicatio penitentiæ, & remissionis peccatorû, quâ manna oibus Israëlitis in deserto: sed diabolo suggerente & seminante, nascitur multa scâdala. Nam
 Omnes ad nuptias filij Dei sunt vocati. Matth. 22.
 In ipso ecclesie cõtu sunt multi inbecilles & peccatores, qui pulillos offendit. Interi tñ vtur donis spiritualibus, sacramentis, & alijs diuinis beneficijs, tñ in clero q̄ in plebe. Ecclesia em bonos & malos cõplectitur. Matth. 13. 22. 25. 2. Tim. 2.
 Verû nos nihil moueamur his scâdalis, quò ecclesiam aut doctrinam catholicam deseramus, aut sacerdotale dignitatè contemnamus, scietes culpâ nò in verbo, nec dignitatè, sed in p̄sõnis esse. Peccatû sacerdotis nec verbo Dei veritatem, neq; eius officio dignitatè aufert, sed eius animâ gratia spoliât. Quæ dicunt facite Matth. 23.

II. Quæstio, Vnde zizania bono semini adueniunt. Respondet Christus.

Inimicum venisse, Hostis est Dei, Fidelium omnium, i. Pet. 5.
 Zizania nò seminant inter Iudæos, Mauros aut Turcas, sed in ecclesia Dei inter triticum.
 Sæper em Satthâ cupit conuersari inter filios Dei, nò vt pacem sed moueat, vt diuidat & omnis generis mala conuertat, & omnino uocemeto afficiat. Iob. 1.
 Curis & sollicitudinibus huius seculi, auaritia, voluptatibus, i. 56. Iere. 9. Philip. 2. Sodalitij male, Securitate.
 Verbum Dei auditum, & ea quæ ad animâ spectant: sed esse occupatum.

Superfeminasse zizania. More cuculi sua oia in alienos ponit nidus: prodit tamè postea vox ipsa pullos supposititios.

Excitat seetas, falsas doctrinas, Opiniones varias, Conturbat fidem, Dissrahit dilectione, Reddit cõtemptui ecclesia & sacramenta, reliquaque ad salutem necessaria.

Hæc mala grauisima multo facilius diabolo parat, vbi episcopi, pastores, cõsultores, pastores famulantes vigiliant, quæ gelos: sed dermissi ut arripit veterno.

Iudæos, per Christia-nos orientales, per Nos, per Baalitas, Molochitas, Phariæos, Sadduceos, Arianos, Valentinos, Manichæos, Ebionitas, Pelagianos, Donatistas, Lutherana, Anabaptist, Calvinistas, Protestantes

Vtinam in Germania episcopi, & pastores vigilassent in tempore, nec fuissent canemuti, nescientes latruncine ecclesie Sathan per Lutherû, & modò per Brentium zizania seminasset. Nec putent prophani principes se futuros innocios ante tribunal Christi, tenetur & ipsi suas partes agere Rom. 13.

Et gladio sibi diuinitus cõcesso proscindere vulpeculas, q̄ demouuntur vinea dñi, Cant. 2. Sunt etiam custodes & vigiles ciuitatis dei, sunt excubitores lectuli Salomonis, ob id sunt armati. cat. 3. Sed quia dereliquerunt aquam vitam ecclesie, & foderunt

Sibi turbidas & putidas cisternas. Iere. 2. (tales enim sunt doctrine Lutheri & Brentij) dabunt grauisimas penas, quia dormiunt, nò vigilarunt. Irrueruntque inimici in ciuitatè Dei. Dabit penas Saxonum dux, dabit & Virttembergius, qui in sinu suo colubru & igne gestat, qui totâ Germaniâ exurit atque incendit, & suis libellis inficit.

Christi, Atcẽdite ad fallis prophetis, qui veniunt &c. Matth. 7. 1. Iohan. 4. Nolite ois spiritui credere sed probate &c. Pauli, Rogo vos vt obsecratis eos q̄ diffinitiones fennant, Rom. 16.

III. Quid cum zizanijs sit agendum. Hoc explicatur in Euangelio, vbi dicitur

Cũ herba creuisset, & zizania pullulassent, accedentes serui dixerunt, Domine nòne bonum semen seminasti? Vnde autè zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autè dixerunt, Vis igitur imus & colligimus ea? Et ait, Non: ne forte colligetes zizania, eradicetis simul & triticum. Sinite vtraque crescere vsq; ad messem: Tũ dicam messoribus, Colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendũ, triticum autem congregate in horreum meum.

Et cõseruabimus

Seruos hos esse Apostolos, prophetas, & omnes concionatores quos Christus vocauit & elegit ad edificandam sibi vineâ. Iohan. 15. Postu vos vt eatis, &c. Matth. 10. Messem esse diè nouissimũ, vbi quisque quod seminauerit, metet. Paul. ad Gal. 6. Messores esse angelos, qui colligent in diè iudicij omnes mortales ante tribunal Dei, & separabunt malos de medio iustorum. Matth. 25. Horreũ dei esse regnũ celorum. Ignem, æternâ signifi care damnatione, vbi erit fletus & stridor dentium.

Zizania sunt hæreses, hoies mali, peruersi, seditios, hæretici, ac manifeste flagitiosi.

Hos non vult Christus ab aliquo priuata auctoritate tolli de medio. Nec vult etiã quòd propter peccata ista ecclesia ipsos erro, aut alia morte puniat. Sed quòd verbo, exhortatione, in corpore admonent, & in bonâ memoria inducat, quòd si ita non profuerit, habet ex diuino iure carceres, & alias penas corporales.

Illis Christi verbis non tollitur auctoritas & potestas magistratui prophano vt non exerat suum gladiũ. Tenetur magistratus curare

Ne ferantur falsa doctrine aut sekte, Vt puniantur gladio & igni auctores illarum, Vt ecclesia suum iudicium habeat liberũ & integram.

Potest magistratus cognoscere causas doctrine? minime. Nam

Ecclesia hoc est officium, ipsiusque iuris est cognoscere q̄ doctrina sit falsa, quæ autè sit vera, vbi illa iudicium fecerit, Magistratus debet ex diuino iure seruitium ecclesie, vt eius perturbatores debitis penas corrigat, & afficiat.

Non potest ecclesia penis tẽporalibus peccatores afficere? potest. Habet em ex diuino iure tribunal, habet carceres, habet & potestati imponendi alias penas, iuxta qualitatem eorũ criminũ quæ peccatores commiserint, & quas. Quales sunt proscriptio bonorũ, exilium, & alia quæ homines affligere solent & vexare. Potest ecclesia peccatores sceleratos, manifestos, & cõtumaces à fidelib; cõortio excommunicare: nec hoc cõtradicit verbis Christi, Sinite vtraq; crescere. Nâ excommunicatio & penas reliquæ nò tollit hoies è medio nò auferit vitam, sed ad penitentia inducit, & cõpellit. q̄ ecclesia maxime in peccatorib; prætedit, ne pereat.

In politica gubernatione ecclesie dicitur, quatenus ad vitam corporalẽ peccantiũ, & personarum priuatas, Sinite vtraque crescere. Quatenus attinet ad magistratus prophanos, & eorum potestatem: dicitur, Qui gladio occiderit, gladio peribit. Matth. 26. Decet igitur magistratus punire latrones, homicidas, seditiosos, adulteros, fornicarios & alios manifestos peccatores, ita tamen vt ad penitentia exhortentur, & in spiritualibus erudiantur. ne cõ corpore & anima pereant. De bent & vt resisteret hæreticis, scismaticis, suspensis, quorũ causæ prius iudicabuntur ab ecclesiasticis viris secundũ scripturas sacras, concilia, patres, & ecclesie traditiones, quibus cõ adhuc animosâ pernicia resisteret voluerit, hæretici habeantur, & vt tales ab ecclesia condemnentur, & à prophano magistratu præmissa admonitione, etiam extremo supplicio plestantur. August. in epist. ad Farmenianum.

Num aliqua ratione ferendus sit Lutherus, aut Brentius, aut Calvinus, aut alius quiuis hæreticus? Minime. oēs debent cõ publicè tũ priuati, vbiq; semper, & apud oēs cõradicere ac reclamare. Isa. 58. Ier. 1. Eze. 3. 2. Tim. 4. Num magistratus possit subditos cogere vt omisa hæresi, & alijs erroribus Lutherianorum, audiant doctrinam apostolicam, catholicã, & ecclesiasticã? Maxime. Nam licet fidem dare nemo possit nisi solus Deus, per auditum tamè assiduũ, & per alias corporales afflictiones coacti à magistratu, errorem agnoscere, cõuertiri, & fidem accipere possunt. Nam August. testatur, serio Theodosij Imperatoris mandato suã ecclesiam Elipponensem à Donatistarum hæresi liberatam, & per auditum verbi Dei ad veritatem reductam. Vide August. epistola ad Bonifacium. Item epist. 48. ad Vincentium. Et contra Cresconium, lib. 3. cap. 51. Item cõtra Gaudentium, lib. 1. c. 17.

DOMINICA SEPTVA-
GESIMAE.

Euangelium Matthæi xx.

In illo tempore dixit IESVS discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cælorum homini patri familias qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis, Ite & vos in vineam: & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextam & nonam horam: & fecit similiter. Circa undecimam verò exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis, Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineam. Cùm serò autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cùm venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias, dicentes, Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei & aestus. At ille respondens, vni eorum dixit, Amice, non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. multi enim sunt vocati: pauci verò electi.

Marc. 10. d

Matt. 19. d

Luce. 13. f

Euang.

Euangelica hec parabola

- I. Ostendit ab initio mundi semper fuisse aliquam ecclesiam vocatam, & mirabiliter servatam atque gubernatam à Deo. Vt enim Noë, Abraham, Isaac, Iacob, non humanis præsidij defensi sunt, [Gen. 7. 12. 21. 27. 28] sic sciamus & nostram ecclesiam diuinitus regi atque defendi. idq; firmissima fide apud nos statuamus. Quod autem pius Abel ab impio Cain, [Gen. 4.] & Iohannes baptista ab Herode, [Mar. 6.] & diuus Stephanus ab impijs Pharisæis afflictus est, [Act. 7.] id factum præter Dei voluntatē ne putemus. Neq; idcirco Christum suam ecclesiam derelinquere est arbitrandum. Nam vno sublato fideli ministro, confestim alium in eius locum subrogat, & restituit. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, Psalm. 44.
- II. Minatur omnibus ingratis recusantibus & negligentibus venire, vocatis pœnas debitas suæ negligentia.
- III. Indicat vocationem gentium, quas collatione suorum beneficiorum non tantum Iudeis exaquat, verum ipsi sua culpa relictis, ad gentes vocandas se prorsus conuertit. Quibus per sanguinem sui filij, in sacramentis omnibus gratis communicatum, & remissionem peccatorum, & gratiam suam promittit.
- IIII. Docet neminem debere extolli, neque de proprijs meritis inflari, neque de suis viribus gloriari, etsi merces vitæ æternæ non nisi laborantibus concedatur. 2. Timot. 4. 1. Cor. 15. Plus omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.
- V. Docet Euangelica historia, nemini murmurandum esse, etiamsi Deus alium quempiam qui minus laborasse videtur, æque ac ipsum remuneret, quod is vnicuique secundum suam iustitiam, dignam rependat mercedem. Solet enim Deus deprodigio, Luc. 15. Iudas infremuit aduersus Magdalenam, propter effusum vnguentum, Iohan. 12. Scribae & Pharisæi murmurabant contra Christum, quod cum peccatoribus manducaret, Luc. 15. Ideo superbi humiliantur, & exaltantur humiles: eruntque nouissimi primi, & primi nouissimi.

Completitur autem quatuor,

1. Quis sit ille paterfamilias qui cōducit operarios in vineam suam, nepe pater celestis, qui vocat ad fidem in suum regnum

2. Per quid vocet operarios, nempe per verbum Dei. Nam ad hoc prædicandum

3. Ad quid vocet operarios, nepe ut laborent in vinea domini. Est autem laborare in vinea Domini, quemlibet in vocatione sua iuxta verbum Dei,

4. Quotuplex genus hominū vocet paterfamilias in vinea suam. Duplex,

Primo diluculo, Tertia, Sexta, Nona.

Iudeos

Gentes tardius, circa horam vndecimam, tempore huius mundi extremo. Hi recte laborantes & meritorie, non tantum temporalem, sed etiam spirituales benedictionem denarium vitæ æternæ scilicet, in mercedem suorum laborum acceperunt. At quoniam vita æterna sit vera merces operum Christianorum, gloriari tamen in illis non licet, nisi in Christo, cuius beneficio & mentis & ipsa opera gratis nobis dantur, & data merito eiusdem Christi non nostro, perficiuntur. Roman. 6. Stipendia peccati mors, gratia autem Dei vitæ æternæ.

Pater celestis ab initio misit prophetas. Ierem. 7.

Christus misit apostolos. Marc. 16.

Hodie episcopi mittunt pastores, concionatores, & reliquos ministros ecclesiæ.

Horum Iudeorum conuentio habetur, & significatur per Moysen, Deutero. 28. vbi Moyses dixit populo Israëlitico, Si autem audieris vocem Domini Dei tui, ut facias atque custodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus excellentem cunctis gentibus quæ versantur in terra. Et Leuitici 18. Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Qui spirituales legem hanc intellexerunt, & spiritus sancti gratia per Christum adiuti, illam obseruandam intellexerunt, hi vitam æternam ex conuersione in mercedem suorum laborum expectabant. Qui autem carnaliter intellexerunt, solum temporalem benedictionem, & vitam temporalem perciperunt.

Paul. Hebr. 1. Multifariam multisque modis olim loquutus est Deus, nouissimè loquutus est nobis in filio &c. Quo modo audient sine prædicante? quo modo prædicabunt nisi mittantur? Rom. 10.

Euertes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Marc. vltimo. Sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos. Iohan. 20. Ecce enim ego dispono vobis regnum, ut eatis & fructum afferatis, &c. Iohan. 15.

Sed non omnes vocati veniunt, neque eius mora culpa est verbi, sed eorum qui vocati venire nolunt. Qui contempnunt verbum Dei, & reapius vocationis inuunt præteritibi, & occasionem salutis prætereire: quæ tria grauissima sunt peccata. Hinc ait Matth. 23. Ierusalem Ierusalem, quoniam voluisti congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas, & non visisti?

In Deum credere. Iohan. 6. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.

Viuere secundum eius mandata. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Proximum diligere. I. Iohan. 3. Hoc est mandatum Dei, ut diligamus alterutrum. Ecclesiam, eiusque caput Romanum Pontificem, ut patrem & Christi vicarium obseruare. Hebr. 13. Obsecro præpositis vestris.

Non quod sensui proprio placet, sed quod ecclesia docet, facere. Gala. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.

Quæ admodum enim in externis vites varij sunt laboris hominū, Aly

Podiunt sarculis, Extirpant vepres innascētes, Stercorant, Plantant, Putant palmites, Resecant, Manipulos colligunt, Aliud faciunt:

Hos docet Paulus, omnibus vocatis manendum esse in illa vocatione in qua vocati fuerint. 1. Cor. 7. Seruus, inquit, vocatus es? non sit tibi curæ esse liber. Coniunx factus es? noli querere solutionem.

Hinc hæreses, hinc rerum publicarū corruptiones & ruinæ, quod nobilis vult esse princeps, princeps rex, rex pōtifer: quod mechanicus præsumptuosè tractat de reformanda ecclesia, de teneranda doctrina Pauli, & aliorum apostolorum: & magister scholæ doctor vult esse ecclesiæ.

Sic in vinea Domini varia sunt officia, atq; diuersa vocationū genera. 1. Cor. 7.

Prioris generis homines cōueniant in patrefamilias certa mercede, conuentione facta aduenario diurno.

Posterioris generis homines etsi præscripta mercede cū patrefamilias non transigant, nihilominus conuentione facta de iusta mercede ipsis retribuenda, in vineam mittuntur.

1. His sententijs stabilitur firmū dogma nostræ fidei, scilicet operarios esse omnes qui vocantur in vinea Domini, quæ est ecclesia: non fiducianos, neq; statuarios, vt synagoga Lutheranorum docet. Fides enim sine operibus mortua est. Iaco. 2.

2. Statum esse pretium à Deo operibus laborantium ex charitate, pro sua dignitate, quod est vita æterna. Matth. 25. Venite benedicti patris mei. Itē Rom. 2. Reddet vnicuique secundum opera eius, ijs quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quarunt: vitam æternam.

3. Quoniam opera nostra imperfecta sunt, & quodam puluere terreno conspersa, propter misericordiam Dei, & filij eius dignitatem digna fieri quæ in conspectum Dei prodeant: vt & ab ipso ex amplissima perfectione operū Christi quicquid ipsis deest, supplicetur, & in misericordia & miserationibus iusta mercede ex benigna ipsius promissione coronentur. Hinc Dauid, Qui coronat te in misericordia & miserationibus, Psal. 102.

- I. Dogmata hoc contenta euangelio sunt, Opera ex fide necessaria esse ad salutem: quia omnis arbor quæ non facit fructum excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 7. Conduxit operarios paterfamilias mittendos in vineam suam, non vt otiantur, sed vt operentur. August. lib. de fide & oper. ca. 6. 7. 84. & in Psal. 31.
- II. Opera ista ex charitate à Christianis facta, digna esse vita æterna, propter Christi spiritum inhabitantem, qui ea operatur, ipsiq; eam dignitatem præstat, vt sint digna tanta retributione. Dicente Paulo ad Galat. 2. Vno autem iam non ego: vniuit verò in me Christus.
- III. Opera ista spiritu Christi, eiusque virtute facta fiduciam quandam vitæ æternæ, & gratia Dei consequenda animis Christianorum ingenerare. August. in Psal. 31. Paul. 2. Tim. 4. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit. De reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ.
- IIII. Quoniam de operibus secundum doctrinam catholicam ita nobis sit statuendum, vt per Christum operibus intercedentibus, vitam æternam nos consequuturos speremus, non tamen licere Christiano illo pacto in ipsis gloriari. August. in Psal. 31. Paul. 2. Cor. 10. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Quid enim habes, quod non accepisti? 1. Cor. 4. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Seruus sumus inutiles. Lucæ 17.

DOMINICA SEXTA
GESIMAE.

Euangelium Lucae viij.

In illo tempore, Cùm turba plurima cõueniret, *Matth. 13. a*
& de ciuitatibus properarent ad eum: dixit per *Marc. 4. a*
similitudinem, Exijt qui seminat, seminare semẽ
suum. & dum seminat, aliud cecidit secus viam, &
conculcatum est, & volucres cæli comederunt il-
lud. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit,
quia non habebat humorem. Et aliud cecidit in-
ter spinas: & simul exortæ spinę suffocauerunt il-
lud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum,
fecit fructum centuplum. Hęc dicens clamabat,
Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant
autem eum discipuli eius quæ esset hęc parabola.
Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse myste-
rium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt vi-
dentes nõ videant, & audientes non intelligant. *Isai. 6. c*
Matth. 13. b

Est autem hęc parabola, Semen, est verbũ Dei. *Marc. 4. b*
Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt, dein- *Iohan. 12. f*
de venit diabolus, & tollit verbum de corde eorũ, *Act. 28. f*
ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram: *Rom. 11. b*
qui cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbũ:
& hi radices non habent: quia ad tempus credũt,
& in tempore tentationis recedunt. Quod autem
in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt, & à soli-
citudinibus & diuitijs & voluptatibus vite, eũtes,
suffocantur, & nõ referunt fructum. Quod autem
in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & o-
ptimo audientes verbum retinent, & fructum af-
ferunt in patientia.

P *Paras*

Parabola hæc Euangelica loquitur de quatuor seminum generibus, quæ sata non similem produciunt fructum. Inter seminandum, aliud cecidit

Secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comedunt illud.

Super perram, & natum aruit, quia non habebat humorem.

Inter spinas, & simul enata spinæ suffocant illud.

In terram bonam, & ortum profert fructum: aliud trigecuplum, aliud sexagecuplum, aliud centuplum.

Hi sunt, inquit Christus, qui

I. Verbum Dei audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de cordibus eorum, ne credentes saluentur. Nô quòd sola fides saluet, sed quòd ipsa impetret reliqua quibus saluamur. Hi autem diuini verbum, sed non abijciunt opera tenebrarum, nec ambulant in nouitate vitæ. Eos continet Diabolus, & quantum audiant verbum, tamen præcludit omnes aditus, ne possit in corde eorum radices agere.

II. Cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent. ad tempus credunt, & in tempore tentationis cedunt: & non secus atque arborum folia decidit. His parum profest auditile verbum, nam oportet & conferuare. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

III. Cùm verbum audierint, à sollicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, nec referunt si uictum. Vehementer enim impediunt, & à fide & charitate & veritate homines abstrahunt. Ideo vocat Christus diuinas ipsas, & iniquum mammóna. Luc. 16. Paulus, laqueum diaboli. 1. Timot. 6. Poëta, irritamenta malorum. Metamor. 1.

III. Verbum Dei bono corde auditū retinent, & ipsi obediētes, fructum adferunt per patientiam. Non sinit illud per insidias diaboli, aut per doctrinas hominum (quales sunt Lutheranorum) conculcari, ut primi: nec per crucem aut afflictiones ab eo se deterrent, ut secundi: neque curis, diuitijs, aut voluptatibus suffocari, ut tertij. sed omnem mouent lapidem, omnēque neruos intendunt, ut ore, mente, & opere, sana doctrina, & pura vita sese dignos maiestate Christiana gerant, & proximum adiuuent. Rom. 2. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

Tribus hominum generibus

Sic in

In vno genere hominum

Euangelium

Perit. Huius causæ sunt tres,

Fructificat. Docet igitur

I. Eorum qui adulterantes verbum Dei, non se in manifestatione veritatis commentant ad omnem conscientiam hominum coram Deo [2. Cor. 2.], sed sua commenta vel somnia populo Christiano proponentes, veram & catholicam doctrinam omnibus Christianis necessariam, quasi humilem & sua altitudine indignam, rejiciunt & negligunt: interdumque non dubitant pro Euangelio venditare, quod Euangelio maxime aduersatur. Hi non doctrinam, sed doctrinarum omnium corruptionem populo annuntiant. Sunt alij qui bona sanæque dogmata tractant & prædicant, sed manifesta suæ vitæ improbitate efficiunt, ut fructus doctrinæ suæ è cordibus audientium pereat. Malach. 2. Vos recessistis de via: scandalizastis plurimos in lege.

II. Parentum, qui liberos reliquæque suam familiam ad conciones sacras bonorum virorum non inuitant, nec exhortantur, nec, quod debent, compellunt. Neque curant catechismo ipsos instruere: nec ad pietatis amorem, & reuerentiam, & obedientiam, rerumque sacrarum studium ipsos excitant. qui plerunque ipsos impiè & impudè viuere permittunt, & in impietate succrescere. Det Deus ut ipsam impietatem aliquando ipsos non deceat, sed id præstat quod monet sapiens, Eccli. 7. Tili, inquit, tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia eorum.

III. Magistratum, qui non solerti cura ea corrigunt quæ vitam Christianam concernunt, quin contemnant & negligunt, arbitantes sibi tantum eam curam incumbere, ut rebus publicis bene beatæque omnia succedant, ut publicum ararium sit diues & opulentum, ciuitas bene munita, & locus populosus, frequens, & maxime diuersarum nationum ad ipsum confluxus. At non vident sibi diuinitus datum esse gladium, non tantum ut maleficos, homicidas, fures, atque grassatores, & seditiosos puniant, verum etiam ut eos arceant ab omni communi consortio, & è medio tollant, qui sponse Christi (quæ est ecclesia catholica) insidias struunt, & demoliunt eam nituntur. Quod faciunt Brentius, Caluinus, Lutherus atque alij hæretici, qui nisi in tempore sapiant, non dubito quin duci Vvitembergensi, & demoliunt eam nituntur. Quod faciunt Brentius, Caluinus, Lutherus atque alij hæretici, qui nisi in tempore sapiant, non dubito quin duci Vvitembergensi, & demoliunt eam nituntur. Væ illi Senatui qui non putat sibi incumbere gloriam Dei promouere, sed gloriam ciuitatis: qui veritati non patrocinatur, sed falsitati: qui non patri suo Romano Pontifici, sed impio Absoloni in patrem rebellanti, nempe Luthero, obsequendum arbitrat. Attendat quid acciderit Achab 3. Reg. 22. & Izabeli 4. Reg. 9.

1. Euangelium rarò prædicari sine fructu aliquo. Isa. 55. Verbum quod egredietur de ore meo nõ reuertetur ad me vacuum: sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

2. Nihil Christianis magis esse necessarium, quam audire verbum Dei. Quare clamat Christus, Qui habet aures audiendi audiat. Quemadmodum enim rarò metorentur fegetes, si agricola semina non mandarent terræ, ita rarò Christiani venient ad ecclesiam, si verbum Dei non prædicaretur, & audiretur. Iohan. 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit.

3. Non satis est audire verbum Dei, sed & custodire, & ei obediendo vitam ad eius præscriptum & doctrinam instruere. Iuxta illud Iaco. 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos.

4. Plures condemnari quam saluari, quia paucissimi audiunt verbum Dei, & pauciores custodiunt auditum, rarisissimi sunt qui ei obediunt. Iuxta illud Matth. 20. & 22. Multi sunt vocati, pauci verò electi. In diluio octo animæ saluatae sunt, Gen. 6. In Sodomis quatuor, Gen. 19. Ex sexcentis milibus Hebræorum tantum duo ingressi sunt terram promissionis, Iosue & Caleb, reliqui in deserto perierunt, Num. 14. Sub Elia non multi hominum non pendebant à Baal, 3. Reg. 18. Vique semel dicam, ab ipso mundi exordio semper minima pars hominum veritati adhæsit, doctrinis autem falsis maxima. Ut Christus non frustra dixerit, Matth. 7. Lata est porta quæ ducit ad perditionem, angusta, quæ ducit ad vitam, & pauci intrabunt per illam. Et, Noli timere pusillus grex, Lucæ 12.

Et 1. Corin. 10. Sed non in pluribus eorum beneplacitum erat Deo. Isa. 24. Hæcerunt in medio terræ, in medio populorum, quo modo si pauca oliuæ quæ remanserunt, excutiantur ex olea, &c.

DOMINICA QVINQVA-
GESIMAE.

Euangelium Lucae xvij.

Matt. 20. b **I**n illo tēpore, Assumpsit IESVS duodecim di-
Marc. 10. e scipulos suos, & ait illis, Ecce ascendimus Iero-
solymam, & consummabuntur omnia quæ scri-
pta sunt per prophetas de filio hominis. tradetur
enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & cō-
spuetur: & postquā flagellauerint occident eum,
& tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intelle-
xerunt. & erat verbum istud absconditum ab eis,
& non intelligebant quæ dicebātur. Factum est
Matt. 20. d autem: cūm appropinquaret Iericho, cæcus qui-
Marc. 10. g dam sedebat secus viam, mendicans. Et cūm audi-
ret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc
esset. Dixerunt autem ei quòd IESVS Nazareus
transiret. Et clamauit, dicēs, IESV fili Dauid mi-
serere mei. Et qui præibāt, increpabāt eū vt tace-
ret. Ipse verò multò magis clamabat, Fili Dauid
miserere mei. Stans autem IESVS iussit illum ad-
duci ad se. Et cūm appropinquasset, interrogauit
illum, dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit,
Domine vt videam. Et IESVS dixit illi, Respi-
ce: fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit:
& sequebatur illum magnificans Deum. Et o-
mnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Hoc

Hoc Euangelium completitur tria,

I. Quo modo Christus prædixit discipulis passionem, mortem, & resurrectionem suam. Ecce, inquit, ascendum Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis: tradetur enim Gentibus. Circa hæc verba quaeritur, quare

Christus { Receperit se Ierosolymam, cum potuisset expectare Iudæos se abductum venturos. }
Prædixit passionem suam discipulis suis.

Respondetur,

Christus veluit ostendere voluntariam esse passionem suam atque mortem, se non in Iudæorum potestate esse, sed suæ esse voluntatis, omninoque vitro & volentem pro credentium salute pati. Iohan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso. Et Isaia 53. Oblatus est quia ipse voluit.

Propter tres causas,

- 1. Ut discipulos præmunit, ne cum viderent Christum tanta confusione capi & pati, offensi conciderent. Iacula enim prævula minus feriunt.
- 2. Ut falsam de regno Christi opinionem ex eorum cordibus euelleret, putabant enim temporale futurum. Hinc dicebant Act. 1. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël?
- 3. Ut ostenderet eos qui ipsum essent occisuri. Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis Dei.

DE Discipulis autem dicit Lucas, Et ipsi nihil horum intelligebant, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Legimus & Iohan. 16. quod non intellexerint Christum dicentem, Modicum & non videbitis me, &c. Dixerunt ergo, inquit Iohannes, Quid est hoc quod dicit modicum? nescimus quid loquitur. Causa quæ ipsis cæcitate ignorantiam adiebat, ea erat, quod valide sibi persuaserunt Christum minime quicumque mali passurum, multo minus periturum. Erat hæc opinio omnibus Iudæis communis de Iesu, nam Iohan. 12. legimus ipsos dixisse Christo, Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? Quis enim est filius hominis? Persuasio hæc erat causa quod minus discipuli alique Christum intelligerent. Tantum est priuatum aliquam opinionem concepsisse, & eam maxime quæ carni & eius rationi nostra seculi, in quo Lutherus, Philippus, Brentius, & reliqui hæretici contendunt pro suis dogmatibus astruendis. Et cum euidentissimè constet omnium istorum dogmata religioni catholice aduersari, omnes tamen contendunt se nihil asserere quod religioni catholice non maxime congruat & quadret. Accidit his quod August. refert in enarratione Psal. 31. vbi dicit quosdam fuisse qui nolebant intelligere vt bene agerent. Tales sunt isti hæretici, vt in eos optime conueniat illud Psal. 35. Iniquitatem meditati sunt in cubili suo, &c.

II. Quo modo Christus restituit cæco mendicanti visum. Vbi notanda sunt sex,

I. Cæcus sedens secus viam mendicat. Hoc factum arguit nullam id temporis apud Iudæos obseruationem fuisse legis diuinæ, nullam pauperum curam aut respectum. Iubeat lex Deuter. 15. Omnino indigens & mendicus non erit inter vos: proinde præclaras habebant promissiones si pauperum misererentur, sed illi & præcepta, & promissiones Dei negligeabant. Quare benedictionis loco maledictionem acceperunt, & regnum atque sacerdotium, & vrbem ac templum cum omni maiestate amiserunt. Vide cap. 3. Osee prophetæ.

II. Cum audiret turbam prætereuntem interrogabat quid hoc esset. Dixerunt ei quod Iesus Nazareus transiret. Et clamauit, Iesu fili David miserere mei. Hoc est excellens exemplum fidei, quo docet quo modo debeamus in fide sincerè orare in nobis tribulationibus, vt nostri Christus miseretur. Iaco. 1. Confitetur enim Christum verum Deum & hominem suam petitione. Hanc fidem non ceperat ex celebri fama audita de Christo: hæc enim fama non potuit animo cæci fidem, deuotionem, & humilitatem ingenerare. Sed fuit donum Dei diuinitus ob solam suam misericordiam cæco intusum. Ephe. 2. Potuit eius fides confirmari, & excitari audita tanta fama de magnificentia, potentia, virtute, benignitate Christi erga alios præstita.

III. Qui præibant increpabant eum vt taceret, ipse verò multo magis clamabat. Cæcus, oculis animi longè plus in Christo vidit, quàm Iudæi carnis oculis. Ideò nõ sinebat sibi obstrui, sed in fide pergebat, quare & visum recepit. Omnia enim possibili sunt credenti, Marc. 9. Et, Accedentem ad Deum oportet credere, Heb. 11. Officium fidei est, semper promouere atque progredi in via Dei. Philip. 3. Non arbitror me comprehendere &c.

IIII. Iussit illum Iesus adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogabat illum dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. Ait illi Iesus, Vide. Fides tua te saluum fecit. Et confestim fidem recepit. Vides hic Christi humanitatem, & liberalitatem. Matth. 11. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

V. Sequebatur illum glorificans Deum. Hoc à nobis vult Deus, vt pro sua grandi bonitate ac maiestate ipsum glorificemus, & pro beneficijs in nos collatis ipsi gratias agamus. Est necessaria ad salutem gratiarum actio, vt docet scriptura sacra. Luca 8. Qui habet dabitur illi, & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab eo.

VI. Et omnis plebs vt vidit, dedit gloriam Deo. Hæc est vtilitas miraculorum Christi, fidem confirmare, & nos ad glorificandum Deum excitare. Sic facta & dicta omnium Christianorum debent esse viua incitamenta quibus alterutrum in fide corroborarent, & ad Deum glorificandum extimularet. Vt quemadmodum nomen Dei blasphematur inter ethnicos ob peccata malorum Christianorum, ita inter ipsos Christianos glorificetur per beneficia. Iuxta illud Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt glorificent patrem vestrum qui in celis est.

III. Mysterium.

Christus vbi appropinquaret Iericho &c. hoc est, cum nostri misereri decreuisset, videns nos cæcos, miseros, & iuxta viam mendicantes, & aberrantes in medicationibus nostris. Siquidem pauci erant inter mortales qui ante incarnationem Iesu Christi in via ecclesiæ sederent emendicantes misericordiam. Erant omnes cæci, omnes mendici, omnes miseri, nec quisquam erat qui non sederet in vijs gètium, diaboli, mundi, & carnis, nec erat qui clamare posset ad Deum, vt ipsorum miseriam, cæcitatem, ac captiuitatis misereretur, exceptis paucis Iudæis, qui nõ à se, sed à Deo docti & excitati, id faciebant. Psal. 75. Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius. Ephe. 2. Vos qui longè eratis, facti estis propè. Et inter hos erant longè rarissimi qui animo & spiritu misericordiam postularent, demptis prophetis aliquot, Simeone [Luc. 2.], Anna [Ibidem], beatissima virgine Maria matre Dei, Ioachim, Anna, & paucis alijs qui spiritu Dei agebantur. Reliqua mundi vniuersi multitudo, miserrima, cæca, & extra ciuitatem Dei in vijs diaboli mendicans sedebat, vel errabat. Deus autem nostri miserum non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, nullo vel minimo nostro merito [Tit. 3.], sed sola sua gratuita misericordia, misit filium suum Iesum: qui turbis multis comitatus, per vias generis humani, homo factus transiibat, vt eas sanctificaret, mundaret ac perficeret. Turba quæ illum comitabatur, erant angeli, & angelorum multitudo, qui pastoribus affirmarunt Iesum esse natum, Luc. 2. Gabriel, qui Virgini annuntabat eius incarnationem, Luc. 1. Stella quæ ipsum Magis manifestauit, Matth. 2. prophetæ, patriarchæ, apostoli, boni illi viri & sancti qui eius amore accensi ipsum sequebantur quocumque iret. Erant tum qui increparent miseros ne ad Christum transeuntem clamarent, ne accederent: sacerdotes nimium scribæ, seniores, principes, Pilatus, & plerique alij qui Christum ob eximiam & admirandam eius iustitiam & puritatem ferro non poterant. Atqui miseri qui se cæcos sentiebant, quique animarum oculos illustrari optabant, clamabant ad Christum misericordiam postulantes, quia de iustitia non presuebant. Et Christus tandem illorum animas ille illustrauit, & charitate sanauit. Venit siquidem, iuxta Isaia dictum cap. 61. mederi contritis corde.

DOMINICA QVA-
DRAGESIMAE.

Euangelium Matthæi iij.

In illo tempore, Ductus est IESVS in desertum Marc. 1. b
à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiua- Luce 4. t
nasset quadraginta diebus & quadraginta nocti-
bus, postea esurijt. Et accedens tentator, dixit ei,
Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui Deut. 8. a
respondens dixit, Scriptum est, Non in solo pane
viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de
ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam
ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum tem-
pli, & dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum.
Scriptum est enim, Quia angelis tuis mandabit Psal. 90. c
de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas
ad lapidem pedem tuum. Ait illi IESVS rursus,
Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum Deut. 6. c
tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem
excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mun-
di, & gloriam eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi
dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei IESVS, Deut. 6. c.
Vade satana: scriptum est enim, Dominum 10. d
Deum tuum adorabis, & illi soli seruiens. Tunc re-
liquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt,
& ministrabant ei.

r *Historia*

Historia huius Euangelij versatur in duodecim questionibus,

- I. Cur Christus deus sit à Spiritu sancto in desertum.
- II. Cur à Spiritu sancto.
- III. Quando Christus tentatus sit.
- IIII. A quo Christus tentatus sit.
- V. In quibus Christus tentatus sit.
- VI. Reliqueritne Satan Christum.
- VII. Cur dicatur, Ad tempus.
- VIII. Sintne consolationes in tentationum periculis.
- IX. Qua ex re arripuerit diabolus an- lam tentandi Christum.
- X. Cur Christum in hoc exemplo ieiunij imitemur.
- XI. Quid sit ieiunium Christianum.
- XII. Quod sit mysterium huius historie euangelicæ.

Respondetur

- I. Vt tentaretur à diabolo. Debuit enim Christus, vt docet Paul. Heb. 2. & 4. tentatus per omnia assimilari fratribus suis : vt misericors fieret & fidelis pontifex in his quæ apud Deum forent agenda, ad expiandum peccata populi.
 - II. Vt ostenderet Christianos non magis à diabolo tentari, quàm Deus permiserit. Vnde Anselmus dixit potestatem diaboli esse bonam, quia à Deo erat, voluntatem verò malam quia à se. Hoc dogma confirmatur historia Iob 1. & 2. Apocal. 12. Et vt sciamus tentationes cunctas non ad interitum nobis immitti, sed vt occasionem habeamus Deum inuocandi. Psalm. 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.
 - III. Statim à baptismo, cum à Iohanne in Iordane baptizatus esset. Vt doceret vitam Christianam à baptismo vsque ad sepulchrum nihil aliud esse, quàm perpetuum certamen aduersus diabolum, mundum, & carnem. Iob 7. Mithua est vita hominis super terram, &c. 1. Petri. 5. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide.
 - IIII. A diabolo. Nam is denunciatus est hostis Dei, omniumque fidelium : qui nihil aliud agit, quàm vt nos tentet, affligat, & apud Deum accuset.
- 1. Cura ventris. Si filius Dei es, inquit Satanus, dic vt lapides isti panes fiant: quod si poteris facere, credam te esse quem iactas. Sic & nos maxime ventris tentamur cura: & multi, Paulo teste Philip. 3. ventri pro Deo colunt.
 - 2. Ambitione. Si filius Dei es, inquit, mitte te deorsum: deduxerat enim illū Satan in ciuitate sanctā, staueratq; super pinnaculum templi, allegans illud Psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabūt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. Consule Vincentium Lirinensem aduersus prophanas omnium hæresion nouationes, vbi doctissime ac luculentissime hunc locum explicat.
 - 3. Affectatione regni. Euexit illum in montē excelsum, ostendens illi omnia regna mundi. Hæc omnia tibi, inquit, dabo, si procidens adoraueris me.

In hac tentatione occurrit Christus diabolo verbo Dei, dicens, Scriptum est,

Non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. Deut. 8.

Non tentabis Dominum Deum tuum. Deut. 6. Cum enim sint gradus quibus descendere queam, non est opus vt in aliquod periculum me conijciam.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Deut. 6. & 10.
- V. In tribus,
 - v i. Etiam: teste Luca, 4. cap. Et consummata, inquit, tentatione omni, diabolus recessit ab illo ad tempus. Et accedentes angeli ministrabant ei. Cum Christus in horto tentaretur, venit angelus confortans eum. Luc. 22.
 - v ii. Vt ostendat Euangelista vitam Christiani hominis nihil aliud esse, nisi quandam quotidianarum tentationum palæstram. Gala. 5. Semper caro concupiscit aduersus spiritum. Et Ephe. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in celestibus.
 - v iii. Ita. Quemadmodum enim angeli consummata tentatione ministrarunt Christo, sic adsunt omnibus qui in Christum credentes, propter Christum fortiter in tentationibus consistunt. Sunt enim angeli administratorij spiritus missi propter eos qui hæredes sunt vitæ æternæ. Paul. Heb. 1. Idem 2. Corint. 1. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Psal. 33. Inmitteret angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.
 - v ix. Ex ieiunio. Postquam enim Christus ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. In eo quod esuriit, se verè esse hominem declarat. Exploratum ergo venit diabolus ipsum tentando, num verè filius Dei sit, an hominis tantum. Proverb. 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.
 - x. Quia Christi actio nostra est institutio : & quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Rom. 15. Christus ieiunauit, non vt suam castigaret carnem, quæ nullum peccatum contraxerat, nec commiserat, sed vt nos peccatores doceret, nullum existere presensium remedium carni mortificandæ, eiusque inordinatis motibus extinguendis, quàm ieiunium, ipsoque exemplo nos ad ieiuniorum obseruationem prouocaret, tanquam ad medicinam malis nostris spiritualibus curandis opportunissimam. Quod scientes Apostoli & eius successores, instituerunt quadragesimæ, vigiliis, & alijs ieiunia, tanquam media quibus Deum placatum reddamus, ipsūq; nobis reconciliemus, & eius gratiam promereamur. Huius rei testes sunt Iocupletissimi, Maximus episcopus, serm. 36. Hieronymus aduersus errores Montani, Ignatijs epist. 5. ad Philip. Origenes homil. 10. in Leuit. Et Canon 68. Apost. Concilij Gangrensis cap. 19. Concilium Bracarum primum cap. 16. Et concilium Toletanū. 8. cap. 9. præcipit, vt tota quadragesima ieiunetur, & abstinetur à carnibus.
 - x i. Abstineri à cibis illis, quorum esum Ecclesia auctoritate diuina, omnibus suis filijs certis statisque diebus inhibuit, idque propter Deum : & ea quæ ventri negamus, in pauperes elargiri: in primisque curare, vt abstinemus à prauis cogitationibus, ab obscenis verbis, & à malis operibus, & quemadmodum ecclesia canit, Vtamar ergo parcius Verbis, cibis, & potibus, Somno, iocis, & arcibus Perstemus in custodia. Vide cap. 58. litæ.
 - x ii. Satana ostenditur solertissima cura, quam in Christianis subuertendis adhibet: quæ tanta est, vt à principio ecclesiæ ipsam sit prosequutus: quod constat ex lectione Geneleos 3. in rebus gestis Adami, Cam, 4. cap. & aliorum quos scriptura commemorat. Docet & neminem posse præsumere se fore exemptum à tentationibus Satanae, cuius illa est extrema audacia, vt filium Dei adorari non sit veritus. Quando Christianus viderit se tentari, consoletur se cum Christo, qui à diabolo grauiter tentatus fuit. Est etiam doctrina nobis vtilissima: ieiunauit Christus, vt nostra ieiunia sanctificaret, & Adami inordinatam gulam corrigeret: vicit Diabolum, ne deinceps ad eum homines, qui sumus membra Christi, ipsum timeamus, vt cum ipso in certamine descendere formidemus, si mala & praua nobis suggererit, quin si ab ipso nos lalesiari contigerit, diuino subsidio adiuti, cum ipso congregari non dubitemus, sperantes nos virtute ducis nostri, qui ipso longè est superior, reportaturos victoriam & egregiam laudem. Lucæ 11. Quam sanè referemus ad mundo, carne, diabolo, si modò armis Christi protecti cum ipso manum conseruerimus. Sunt autem arma Christi & eius filiorum, ieiunium, mortificatio, humilitas, scriptura sacra: cuius testimonijs & virtute nos etiam sicut Christus, vincemus Satanam, & triumphantes ingrediemur vitam æternam. Amen.

DOMINICA REMI-
NISCERE.

Euangelium Matthæi. xv.

Marc. 7. c **I**n illo tēpore, Egressus IESVS de Genezareth
secessit in partes Tyri & Sydonis. Et ecce mu-
lier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit, di-
cens ei, Miserere mei Domine fili Dauid: filia
mea malè à dæmonio vexatur. Qui non respōdit
ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant
eum dicentes, Dimitte eā: quia clamat post nos.

Matt. 10. a
Iohan. 10. c Ipse autem respondens, ait, Non sum missus nisi
ad oues quæ perierūt domus Israël. At illa venit,
& adorauit eum, dicēs, Domine, adiuua me. Qui
respondens, ait, Non est bonum sumere panem
filiorum, & mittere canibus. At illa dixit, Etiam
Domine: nam & catelli edunt de micis quæ ca-
dunt de mensa dominorum suorum. Tunc re-
spondens IESVS, ait illi, O mulier magna est
fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius
ex illa hora.

Hoc

Hoc Euangelium continet quatuor

I. Naturam & officium fidei, quæ eliciuntur ex hoc, quod mulier

Officium fidei est

Credidit Iesum Nazarenum esse Christum Iudæis promissum, verum Messiam in lege & prophetis celebratum, & multis retrò seculis prædictum esse venturum. Deut. 18. Isai. 2. Hanc fidem in Christum non hauserat ex fama quam celeberrimam de illo per vniuersam Iudæam, & vicinas ciuitates audiebat euulgatam. Erat Dei donum, Eph. 2. Est tamen verum, famam illam candidissimam illi Chananitidi fuisse verbis, ex cuius auditu Christi noticiam susceperat. Rom. 10. Fides est ex auditu. Vt autem vera crederet quæ de illo dicebatur, & tanta bona sibi de illo pollicita fuerit, hoc nec ex se habuit, neque ex fama hominum, sed ex operatione Spiritus sancti, qui eius animo tam altam fidem ingenerauerat. Neque hoc mirum in fœmina impia. Stat fides cum peccato mortali, quantum charitas iustificans peccatum, non compatiatur. Fides Dei donum est. Eph. 2. Credentes ad Christum dirigeret, atque ipsum illis ostendere. Credendo hæc mulier ad Christum? His verbis confitetur Christum esse verum Deum & hominem. Deum, quia misericordiam ab ipso se contulit, & eius bonitate consilia clamauit, dicens, Misere mei Iesu fili David, filia mea male à dæmone vexatur. Docemur fidem inuocationem Dei excitare.

II. Exercitium fidei, quod elicitur ex quatuor,

1. Exemplo. Quamquam fides mulieris Chananæe Christo vehementer probabatur, tamen ut fides illa velut aurum igne probaretur, nihil Christus ab initio respondit. Mulier tamen fide non elanguit, sed bonum illud nuncium quod de Christo audierat, mordicus tenebat, sperans se tandem quod postulabat obtenturam. Non igitur abiit, sed constanter perseverauit, expectans optatissimum responsum. Habacuc 2. Si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.
2. Discipulis accedentibus, & pro ea intercedentibus vt eam dimitteret, paulò insitutus Christus respondit, dicens, Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël. Durum & insolens hoc videbatur responsum, potuissent dicere discipuli, Vbi sunt promissiones tuæ Domine? quibus dixisti, Petite & accipietis, pulsate & aperietur vobis. Matth. 7. Vbi est doctrina illa tua de misericordia? qua nos docuisti, Ego te misericors dicitur pater vester misericors est. Luc. 6. Misericordiam volo, &c. Osee. 6.
3. Cùm Christus latendi causa domum esset ingressus, venit mulier, & quasi semianimis genibus eius aduoluta clamauit, Domine adiuua me. Ac si dicat, Non te dimittam, nisi opem mihi feras, quod si denegaueris, ad callos querelas deferam. Non minori laude digna est hæc mulier quam Iacob, qui cum angelo tota nocte luctam sustinens, non prius eum dimittere voluit, quàm benedictionem ab illo obtineret. Gene. 32. Nec minori admiratione est suscipienda hæc lucta, quàm illa.
4. Christus qui se hæcenus inexorabilem præbuit, iam multò magis durum sese exhibet. Non modò enim mulierem rejicit, sed etiam odioso nomine canem appellat, Non est bonum, inquit, sumere panem filiorum, & mittere canibus. Ac si diceret, Canis es, non es de numero filiorum Israël: diuina gratia indigna es. Hic gaussa mulier quod à Christo verbum extorsisset, respondit, Etiam Domine, non nego me canem esse: sed de micis quæ cadunt de mensis dominorum suorum, edunt catelli. Satis mirari neque hæreticorum nostri temporis vel stuporem vel malitiam, qui tam falso et hoc loco astruere contendunt, solam fidem iustificare, cùm hic videant mulierem primùm fidem accepisse, 2. suæ necessitatis cognitionem. 3. confessionem suæ indignitatis. 4. humilitatem. 5. perseverantiam. 6. orationem, lachrymas, tristitiam, & bonam in Christum affectionem. Quarum virtutum si vel vna destituta fuisset, nihil inquam à Christo fuisset consequuta. Illuminare dignetur Deus oculos cordis ipsorum, vt in viam iustitiae redeuntes, canes se esse, & malè a dæmone duexari cognoscant & conuertantur, ita vt clamantes ad ecclesiam Romanam in qua est Christus, sanandi concurrant.

III. Præmium fidei, orationis, & perseverantiæ: Christus enim se vincit à muliere patitur, nec diutiù suam clementiam potest dissimulare, nec illam suspensam tenere, sed misericordiâ suam afflicte mulieri communicat, facitque ex

Gentili Chananæa, Israëlitam. Catella, Dei filiam. Clamat etiam cum admiratione, O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Cùm abiisset domum, comperit dæmonium exiisse: & sanata est filia eius ex illa hora.

III. Mystrium huius euangelij est,

Vt si quando sentimus animas nostras, vel carnem nostram à diabolo varijs passionibus vexari, ad Christum accurramus, clamantes atque dicentes, Domine Iesu fili David, misere mei: quia anima mea, voluntas mea, mens mea, caro mea, malè a dæmone tenètur & vexatur. Quod si audire nolit, Apostolorum & aliorum sanctorum intercessionibus adhibeamus. Quibus etiâ nihil effecerimus, nihilominus perstemus clamantes, confitentes nos indignos caues, ostendentes nos humiles, confitentes eius maiestatem, diuinitatem, misericordiam: quæ sine dubio nobis comunicabit, si id quod petimus, in nostrâ utilitatem & eius gloriâ sit futurum. Augustinus in enarratione Psal. 85. Paulus orans non fuit exauditus, Diabolus orans fuit exauditus. Est etiam doctrina pro Patribus: vt si ipsos contingat habere filios à vitijs diaboli corruptos & infectos, pro eorum salute ac liberatione ad Christum currant, non ad superstitiosos homines, non ad suas solas exhortationes, neque ad alia humana subditiâ, quæ parum iuris in diabolo (qui fortis est & armatus) habent, sed ad Christum, qui fortior est illo, qui eum vicit, spoliisq; priuatum in tartara detrusit. Ad hunc hæc fœmina gentili, magno studio Christo suos liberos commendare. Omnibus fidelibus: qui aliqua tentatione laborantes non debent tritari, si non tantò liberentur: Christus non liberauit statim Paulum, etsi ter illum rogauerat, 2. Cor. 12. Si non liberat, pete gratiam ne succumbas. Si non vincis diabolum, pete gratiam ne ab ipso vincaris, & illi tibi sufficit, qua vinces, & tandem liberaberis à captiuitate diaboli, vt seruus fias Christi, Amen.

Sunt hic precipue duæ tentationes,

Est & hic notandum geniculaciones & alias ceremonias externas

1. De indignitate. Vult Deus, docetque religio catholica vt omnes quotquot Dei gratiam, & eius iustitiam esurimus & sitimus, eius consequenda, nedum promerenda, indignos nos reputemus: vt proprijs viribus ac meritis distici, ad eius misericordiam confugiamus. Quod hodie Chananæam distici legitur: atque Publicanum, Lucae 18. Quod si indignitas nos deterruerit, & turbauerit, & si grauissima sit tentatio, nihilominus sciamus nos voti compotes futuros, si perseverauerimus. Sitque hoc nobis solatio, quod gratis omnes accedentes excipit, & iustificat. Isa. 55.
2. De electione. Cùm videamus multos rejici, qui nostro iudicio benè meriti videbantur, vt Saulem, Augustum, Ciceronem, Traianum: recipi verò longè deteriores, vt Magalenam, Iatronem, Publicanum: disputamus Deum quosdam velle saluare, alios autem condemnare. Hinc torpemus, & ad omne opus boni pigri sumus. Huic tentationi opponenda est vox illa vniuersalis Christi, Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis: Itè Pauli, 1. Timot. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Christum non improbasse, imò gratissima fuisse omnia illa signa externa, vt quæ ex animo humiliato & afflicto prodiret. Miror hic quosdã nouatores, quare Chananæam non reprehendant, quam in genua verisimile est procubuisse ante Christum: vel Christum, qui illam ita lamentantem non fastidierit, cùm solam fidem internam dicant sufficere, externa autem omnia hypocritarum sapere.

Augustinus tom. 2. in epistola ad Probam de orando Deo qui in ordine est, 121. c. 9. docet suo tempore certas horas ad orandũ designatas habuisse: non igitur noua est consuetudo, certis horis ecclesiam ad orandum accedere.

DOMINICA OCULI.

Euangelium Lucae xj.

In illo tempore, Erat **I E S V S** eijciens dæmonium: *Math. 9. d*
& illud erat mutum. Et cùm eieciffet dæmonium, *12. b*
locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Quidam *Marc. 3. c*
autem ex eis dixerunt, In Béel-zebub principe dæ-
moniorum eijcit dæmonia. Et alij tentâtes, signum
de caelo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogi-
tationes eorum, dixit eis, Omne regnum in seipsum
diuisum, desolabitur: & domus supra domû cadet.
Si autem & satanas in seipsum diuisus est: quomo-
do stabit regnû eius? quia dicitis in Béel-zebub me
eijcere dæmonia. Si autem ego in Béel-zebub eijcio
dæmonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iu-
dices vestri erunt. Porro si in digito Dei eijcio dæ-
monia: profectò peruênit in vos regnum Dei. Cùm
fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea
quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vi-
cerit eum: vniuersa arma eius auferet in quibus con-
fidebat, & spolia eius distribuet. Qui nō est mecum,
contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit.
Cùm immundus spiritus exierit de homine, peram-
bulat per loca inaquosa, quærens requiem. Et nō in-
ueniens dicit, Reuertar in domû meam vnde exiui.
Et cùm venerit, inuenit scopis mundatam & orna-
tam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus ne-
quiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissi-
ma hominis illius peiora prioribus. Factum est
autem: cùm hæc diceret, extollens vocem quædam
mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te por-
tauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit, Quinimò
beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

t *Historia*

Historia huius Euangelij complectitur quatuor,

- | | | | |
|--|--|--|---|
| I. Malitiā diabolicā tyrannidis, | } Quæ deprehenditur ex operibus | Diabolicis. Nam cum hic miser homo non tantum cæcus est, sed etiam surdus & mutus, tamen admiscuit sese satanas, & crudeliter opprimens hominem possedit. Quibus malis quid potuit excogitari crudelius aut calamitosius? 1. Pet. 5. Auersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. | |
| | | Diuinis. Nam hunc afflictum, cæcum, surdum & mutum benigniter audiuit, satanam expulit, & misero visum, auditum atque loquelam restituit. Hic est de quo Dauid Psal. 71. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumnatorem. | |
| II. Insaniam & peruersitatem Iudæorum, | } Quæ deprehenditur ex hoc, quod quidam | Tentabant eum, volentes videre signum de celo. Quibus respondit, Generatio praua & adultera signum quærit: & signum non dabitur illi, nisi signum Ionæ prophætæ. Matth. 12. | |
| | | Calumniabantur & blasphemabant eum, dicentes, Bêel-zebub princeps dæmoniorum eijcit dæmonia. Fuit autem Bêel-zebub idolum Philistinorum in Accaron, diciturque rex muscarum. 4. Reg. 1. & nomine ridiculo nunciebatur à Iudæis. | |
| III. Apologiam Christi, qua tuetur opus suum diuina sua virtute factum, & respondens diluit blasphemias quinque argumentis. | } I. | Ab experientia, dicens, Omne regnum in seipsum diuisum desabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Bêel-zebub me eijcere dæmonia. | |
| | | II. | A proprijs ipsorum exemplis, dicens, Si ego in Bêel-zebub eijco dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. De exorcistis eorum loquitur, qui adurationibus dæmonia eijciebant: vel de Apostolis. |
| | | III. | A simili, dicens, Cum fortis armatus custodit atrium suum, pace sunt omnia quæ possidet. Vbi verò fortior illo superuenerit, & ipsum vicerit, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Mos mundanorum est vt puerior inferiorem & infirmiore opprimere soleat, omniâque quæ eius sunt auferre & distribuere. |
| | | IIII. | A præclaris & manifestis rationibus. Qui non est mecum, quit, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Quasi dicat, Officium Bêel-zebub est, dispergere collectos, & ab illa vite cui erant insiti & fundati, discerpere. Quod fecille contra Germania & Anglia, dispergit ac amputauit illos à vite illi fructifera in domo Domini. Officium verò Christi est colligere dispersos à diabolo in vnum corpus, in vnum cor, & in vnam vitam. Ioh. 11. Quomodo igitur si nostra officia sunt diuersa, alter alteri virtutem ad operandum præstabit? Quæ communitio luci cum tenebris, aut quæ concordia Christo cum Bêel? 2. Corinth. 6. |
| | | V. | Ab horrendis minis & comminationibus, quibus mortis & diuinum iudicium ipsis interminatur, dicens, Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inueniens dicit, Reuertar in domum meam vnde exi: Et cum venerit, inuenit eam seopis mundatam atque ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et sunt extrema hominis illius peccata. Et rursus, Omne peccatum & blasphemiam remittetur hominibus. Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Matth. 12. Luc. 12. |
| IIII. Vocem laudatoriam, qua mulier quædam de turba Christum extulit, inquit, Beatus venter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. Christus verò respondit mulieri, Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ac si diceret, Mater mea procul dubio beata est, & adeo, vt beatam ipsam dicant omnes generationes, & beata sit in mulieribus. Luc. 1. Sed non ideo tantum quia mater, sed etiam quia verbo Dei quod audiuit ab angelo, credidit. Quemadmodum Elisabeth testata est, Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à Domino. Luc. 1. | Christus dixit, vt Iudæorum incredulitatem obstinatam damnaret, qui sibi annuncianti diuinam atque celestem doctrinam paternam, credere nolebant: cui si credidissent, conseruati fuissent procul dubio diuinam benedictionem. Magnum enim est scilicet conceptisse, peperisse, nutriuisse, atque tam diu ipsi conuixisse. Sed hæc cum carnem spectent, non sunt ita magna atque diuina spiritualia sunt. Audire verbum Dei, fide suscipere, corde custodire, ipsi omnem obedientiam præstare, hæc sunt quæ beatam hominem faciunt. Verbum Dei est filius Dei Iesus Christus, in quem qui crediderit, ab ipso deducetur in gloriam, vbi sedet ad dexteram patris. Dicit enim scriptura, [1. a. 28.] Omnis qui credit in eum, non confundetur. Rom. 10. | | |

DOMINICA LÆTARE.

Euangelium Iohannis vj.

Matt. 14. b
Marc. 6. e
Luc. 9. b

Leuit. 23. a
Deut. 16. a

IN illo tempore, Abijt IESVS trans mare Galileæ, quod est Tyberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem IESVS: & ibi fedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudeorum. Cum subleuasset ergo oculos IESVS, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes, ut manducet hi? Hoc autem dicebat tentans eum. ipse enim sciebat quid esset factururus. Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri, Est puer vnus hic qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo IESVS, Facite homines discumbere. Erat autem scenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia. Accepit ergo IESVS panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. similiter & ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis, Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod IESVS fecerat signum, dicebant, Quia hic est verè propheta qui venturus est in mundum.

Euang.

Euangelium hoc complectitur tria,

I. Traiectionem Christi ultra mare Galilee, & turbam sequentem, que videbat signa que facebat super his qui infirmabantur. Quod autem Christus

Traiecit cum discipulis suis mare Galilee, Secessit seorsum in desertum, Subijt in montem, Assumpsit discipulos in montem, Tactus est misericordia super illos,

Vult docere,

Prædicatorem propter doctrinam catholicam aliquando multas molestias & tribulationes subiturum. Matth. 10. Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum. A quotidianis laboribus pusillum nunquam ecclesiasticis requiescendum, ac fecedendum ad secretas preces, unde alacrior ad munus suum reuertatur. Doctrinam suam multo sublimiorem esse omnibus alijs traditionibus Iudaicis, & philosophicis dogmatibus: & concionatores debere non superbia, sed sanctitatis montes conscendere, iuxta illud, Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Isai. 40. Hoc esse officium prædicatoris, ut per suos discipulos in montem virtutis ac puritatis assumere, & euehere doctrina & exemplo. Ideo alibi dicit, Vos estis sal terræ. Et, Vos estis lux mundi. Matth. 5. Se esse mitissimum atque clementissimum Deum, cui fidelium omnium qui ipsum sequuntur, afflictiones maxime sint curæ. Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Psal. 30.

II. Exemplum & specimen

Humanæ prudentiæ in discipulis.

Videns Iesus turbam multam venientem ad se, dicit Philippo, Unde ememus panes, ut manducent illi? Hoc autem dicebat tentans eum. Respondit Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Cum iam dies inclinasset, accesserunt discipuli dicentes, Desertus est locus, & non propinquat: dimitte illos, ut eant in vicinas villas, & emant sibi panes. Respondit Christus, Non est necessè ut abeant: date vos illis quod manducent. Matth. 14. Unus ex discipulis, Andreas frater Simonis Petri, ait, Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Respondit Iesus, Facite homines discumbere. Et discub-

Diuinæ clementiæ, bonitatis & potentæ in Christo.

Christus accepit panes allatos: & sublati in caelum oculis, gratias egit, Fregit panem & pisces, deditque discipulis: discipuli vero distribuerunt discumbentibus. Impletis omnibus, iussit Christus eos colligere fragmenta, ne perirent.

Quo exemplo vult docere,

Omnes consolationes & omnia auxilia ab illo nobis esse petenda, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione. Psal. 144. pro qua Deo gratias sunt agenda. Quod non alibi quam in ecclesia Catholicorum. Neque omnibus promiscue dat panes distribuendos & frangendos turbis, sed Lutherianorum: sed in ecclesia Christiana frangat panem sive doctrinæ, non in synagoga, neque in conuenticulis aut caernis discipulis tantum & eorum successores: tales sunt Episcopi Romanæ ecclesiæ, & eorum coadiutores. Ut bonis à Deo datis non turpiter abutatur, dilapidantes & profundentes: sed frugaliter & moderatè viuentes, quæ sita conferuemus. Hortamur autem ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. 2. Cor. 6.

III. Vsum & fructum huius miraculi. Confirmat enim & corroborat fidem nostram, atque omnium Christianorum. Nam si ita potens est Deus, ut lilia, rosas & flores agri vestiat, & volatilia celi pascat: quanto magis credentes, & in vocatione sua ex charitate per obedientiam ipsum sequentes, & in eo omnem suam spem collocantes conseruabit, pascet, ac eorum curam geret: sicut promisit, Matth. 6. Primum querite regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis.

Hoc ipsum probatur multis scripturæ

Locis

Psal. 33. Non est ingra timentibus eum. Psal. 36. Iunior supergrana senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Psal. 54. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Matth. 6. Primum que regnum Dei & iustitiam eius, &c. 1. Pet. 5. Omnem multitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Ante creationem hominis primum omnia elementa creaturis repleuit, ut haberet homo quibus sustentari posset. Populum in Aegypto maxima annone caritate pressum, per Ioseph conseruauit. Gen. 41. Populum Israëlitum in deserto quadraginta annos manna enutruit. Deut. 8. Agar in solitudine in sabæe paut. Gene. 21. Per coruum & viduam Sarephtaanam Eliaz alimenta suppeditauit. 3. Reg. 17. Samaritanam per Eliaz à fame liberauit. 4. Reg. 7. Amplius centum homines panis panibus per eundem curauit. 4. Reg. 4. Antonio & Pauli eremitis, panem misit: cum per sexaginta annos Paulo in quotidianum victum, dimidium panem per coruum subministrasset. Hierony. tom. in vita Pauli. Christus hodie multis illis hominum quinque panibus satiauit.

Exemplis Deus enim

Augustinus, tom. 4. lib. 2. de sermone Domini in monte, pulchra docet & tractat quæ huius Euangelij doctrinam illustrat. Idem facit tom. 6. lib. contra Adinantum Manichæum, cap. 4. & 24.

Hæc sunt populo Christiano sedulo inculcanda, & frequentius suggerenda, ut ea ratione nimia vulgi diffidentia medeamur.

Literalis doctrina huius lectionis Euangelicæ hæc est, nempe docere, Christianis non adeo quæstui inhaerendum, ut si vel minimum quid de immoderata sua solitudine in negotijs victum concernentibus remiserint, mox se fame perituros existiment. Vult Christus omnibus validè esse persuasum se illorum curam literatè suscipere, qui ipsi toto peccatore fidunt, qui in ipsum spem omnem reijciunt, ita tamè ut in sua vocatione ex fide & charitate, quæ ipsis præcepta sunt faciant. Neque enim vult nos torpere otio: nec verat negotari, & rem familiarem tueri ac augete: imò hæc non tantum permittit, verum etiam imperat & iubet. Ad hoc enim creauit hominem, ut operaretur etiam in paradiso voluptatis, antequam esset peccator. Gene. 2. In cuius vindicta manducandus est iam nobis panis in sudore vultus nostri. Affirmat Iob 5. ca. hominem ita ad laborem esse creatum, perinde atque auem ad volatum. Et Gene. 3. legimus emissæ à Domino Adam de paradiso voluptatis, ut operaretur terræ de qua sumptus erat. David etiam Psal. 127 beatum eum pronunciat, qui labores manuum suarum manducauerit, nec tantum beatum, sed bene ei futurum. Labores, inquit, manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Paulus etiam illis victum negat qui otio torpent: Qui non laborat, inquit, non manducet. 2. Thesal. 3. Et Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis. Itaque Christus non damnat honestos labores, neque licitas negotiationes, sed insatiabilem verum augendarum audacitatem: quia qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes diaboli, & in eius laqueos. Radix enim omnium malorum est cupiditas. 1. Tim. 6. Docet etiam, non esse penuriæ metu à Christi doctrina, fide, charitate, aut ecclesia catholica recedendum: nisi aliquando militantes Deo, necessarijs destituamur, fit, inquit, Augustinus in Psal. 54. propter exercitationem nostram, nec solum id debilitabit propositum nostrum, sed etiam examinatum probatumque confirmabit: certissima enim fide statuemus Deum nostrum curam habiturum, si modo obsequeres nos ei præstemus. Porro mysterium præsentis Euangelij est, quod sicut Christus suis Apostolis panem illum doctrinæ cælestis distribuit, ut ipsi suis successoribus & vniuersis Christianis sequentibus frangerent, indeque animæ Christianorum cibum & alimentum diuinum susciperent, unde vera & cælestis vita exordiū habet: ita & diabolus, qui ecclesiæ calcaneo semper insidiatur, panes pestilenti sectarum fermento corruptos suis dederit frangendos, & inter filios Dei distribuendos. Primi omnium qui hos panes suscipiunt, sunt hæretici. Talis fuit Simon magus, Menander, Nicolaus, Cerintus, Ebion, Arius, atque per multi alij, qui per ecclesiam orientalem panes illos à diabolo porrectos magna animarum iactura distribuerunt. Nostris etiam temporibus Læterus, Brentius, Calvinus, panes à diabolo acceptos suis proponunt, & distribuunt. Qui panis ascendit ab inferis, & illorum animas quasi præcelsissimo veneno occidit, in æternū profecto periturus, nisi serio resipiscat. Nos autem Catholici habemus panem illum doctrinæ cælestis in nostra catholica ecclesia, quæ est Romana. Quod si Brentius & Calvinus voluerint contendere se habere panes doctrinæ cælestis, ostendant quæ Apostolo acceperint, ostendat quis Apostolorum cathedras ipsorum constituerit, inde ab Apostolis successorem suam ostendant: quod si præstare non potuerint, desinant seducere principes & simpliciū animos. Agnoscat se esse adulterantes verbū Dei, & tales qui in euerisionem veritatis se commendat ad omnem conscientiam hominum. A liter Paulus 2. Cor. 4. Tertullianus de præscriptionibus aduersus hæreticos, inquit, ostendant mihi ex qua auctoritate prodierint: edant origines ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus, aliqui ex Apostolis vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerit, habuerit auctorem & antecessorem.

DOMINICA IVDICA.

Euangelium Iohannis viij.

IN illo tempore, Dixit IESVS turbis Iudæorum, & principibus sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos nō creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo nō estis. Responderūt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nōne benè dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmoniū habes? Respondit IESVS, Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meā. est qui quærat, & iudicet. Amen, amen dico vobis, si quis sermonē meū seruauerit, mortē non videbit in æternum. Dixerūt ergo Iudæi, Nūc cognouimus quia dæmoniū habes. Abraham mortuus est & Prophetæ: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, nō gustabit mortem in æternum. Nūquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetę mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit IESVS, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus vester est: & non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixerō quia non scio eū: ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meū: & vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nōdum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis IESVS, Amen, amen dico vobis, antequā Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. IESVS autem abscondit se, & exiit de templo.

x *Historia*

Historia Evangelica complectitur tria,

<p>I. Apologia qua Christus</p>	<p>Vitam } Suam tuer- } tur, dicēs, } Doctri- } nam }</p>	<p>Quis ex vobis arguet me de peccato? Quasi dicat, Prodeat aliquis vestrum, & me delicti aut peccati alicuius conuincat. Erutati estis vitam & doctrinam calumnie etiam adhibitis, nihil tamen reprehensione dignum in veritate inuenistis. Quare igitur mecum in iudicium non descenditis?</p>	<p>Hic Christus non rogat, num quis illi aliquid obicere audeat, (nam Iohan. 9. dixerunt, Non est hic homo à Deo qui sabbatum non obleruat. Et ibidem, Nos scimus quia homo peccator est. Et rursum Matth. 11. Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus) sed rogat possitne quis eum conuincere alicuius criminis eorum quæ falsò ipsi obiciebantur.</p>
<p>II. Malitiam Phariseorū: nam cū Christus</p>	<p>Innocentiam suam tueretur, calumniabantur Pharisei Christum, dicentes, Nonne benedicimus nos quia Samaritanus es tu, & daemionium habes? Achi dicerent, Tua doctrina ac miracula sunt mere præsigtie.</p> <p>Doctrinam suam, quam Pharisei djabolicam vocant, super omnes caelos sustulisset, & potentissimam reginam constitulisset, utpote quæ serpenti caput esset contritura: Pharisei tamen calumniam repetunt, dicentes, Nunc cognouimus quia daemionium habes. Abraham mortuus est & propheta: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Nunquid maior es tu patre nostro Abraham, qui mortuus est? & propheta mortui sunt. Quem teipsum facis?</p> <p>Blasphemias Phariseorum occurrisset, mendaces vocasset, atque Abraham fidem extulisset, Christi verba aliò torquent, dicentes, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?</p>	<p>Si veritatem dico vobis, quare mihi non creditis? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis quia ex Deo non estis.</p>	<p>Ostendit discrimen inter filios Dei & satanas: illi audiunt libenter verbum Dei, hi verò minime.</p>
<p>III. Potentiam verbi. Verbum enim Dei contumelia afficere, contemnere, & calumniari, facit filios satanæ, & adfert iram Dei, & damnationem: sed auribus auditum, corde exceptum, per obedientiam fidei & charitatis custoditum,</p>	<p>Respondit Iesus,</p> <p>Ego daemionium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonoratis me. Ego autem non quero gloriam meam, est qui querat & iudicet. Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. His verbis ostendit potentiam Euangelij, nepe quòd virtus sit Dei ad salutem omni credenti. Rom. 1.</p> <p>Si meipsum glorifico, gloria mea nihil est. Est pater meus qui me glorificat, quem vos dicitis esse Deum vestrum, & tamen non cognouistis eum. Ego autem noui eum, & si dixerò quòd non nouerim eum, ero similis vobis, mendax. Sed noui eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum: vidit, & gausus est. Quasi diceret, Impurissimi nebalones estis, ita corrupti ut veritatem Dei audire non possitis, quem falsò patrem vestrum predicatis. Abraham diem meum vidit, non oculis carnis, sed fidei. Cùm audivit à Deo promissionem, in femine tuo benedicentur omnes gentes, Gene. 15. & 22. tum exultans fide prospexit à femine suo nasciturum Mesiã, hoc est mundi saluatorem.</p> <p>Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Quasi dicat, Ego sum & u. primus & nouissimus, qui antequam mundi fundamenta ponerentur, sum: & in æternum permanebo. Apocal. 1. His verbis ita concitati sunt Iudæi, ut ad lapides proruerint, ut his armati Christum obrueret: sed Christus abscondit se. nõdum enim venerat hora eius. Proinde nolebat lapidibus, sed morte crucis, occidi. Matth. 20. Luc. 18.</p> <p>Aden post lapsum audiuit verbum illud consolationis plenum, Inimicitias ponam inter semen tuum & semen illius, & ipsum conteret caput tuum.</p> <p>Dauid per prophetam Nathan, cùm mœchatus esset cum Beth-sabee, vbi pœnitulisset & fleuisset, audiuit, Transtulit Dominus peccatum tuum. 2. Reg. 11. & 12.</p> <p>Petrus post negationem ad galli cantum recordatus verbi Christi, egressus foras fleuit amarè, & postea à Christo cõsolatus est.</p> <p>Fides per charitatem operans per verbum Dei annuntiatum purifica corda, & Spiritum sanctum impetrat. Act. 15. Galat. 5.</p> <p>Dauid dicit, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Idem dulce esse verbum Dei affirmat: Quam dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Psal. 118.</p> <p>Verbum Dei æternos facit sui susceutores & obediens. Isaie 49. Verbum Dei manet in æternum.</p>	<p>Signum</p> <p>Prædestinatorum: hi libenter audiunt verbum Dei. Psal. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.</p> <p>Reprobatorum: hi fastidiunt, negligunt, vel minus reuenter audiunt. 1. Reg. 15. Quia proiecisti sermonem Domini, proiecit & te Dominus.</p>	

Primum dogma hoc Euangelio contentum, est: Christum tam immunem à peccato fuisse, ut eius vita atque doctrina ne vel minima quidem labe aut errore aspersæ fuerint. Quin in vita, admiranda & nunquam audita fuit puritas, iustitia, & innocentia: in doctrina verò tam absoluta extitit veritas, ut nulla umbra, vel vestigium erroris alicuius aut falsitatis inueniri vel ab ipsis angelis potuisset. Vnde quicquid calumnie aut detractiois illi obiectum fuit, id ex pura ac sola Iudeorum malevolentia exortum fuisse est credendum. Quicquid pœnarum aut suppliciorum passus est, id non ipsius, sed nostris peccatis debebatur. Ratio quare ei veritatem dicenti Iudæi non crediderint, non doctrinæ vitio, aut vitæ prauitatis, sed duræ & sædæ Iudeorum obstinationi est imputandum.

Secundum dogma: Custodia & observatio mandatorum Dei, teste Christo, præseruat à morte æterna: non autè sola fides. Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Brentius, Calvinus & reliqui contra Christi doctrinam, contra ipsum Christum docent suos seductos, Amen, amen dico vobis, si quis sola fide crediderit sermonibus diuinis, mortem non gustabit in æternum. Videat dux Vuittenbergenfis & senatus Geneuensis, ne si tam aperis Christi testimonijs aduersari perseverent, ipsis contingat, quod per Ezechielem Dominus huiuscemodi hominibus interminatur, scilicet, Iuxta iniquitatem interrogantis erit & iniquitas respondens. cap. 14.

Tertium dogma: Christus confirmat suam diuinitatem, cùm dicit, Si glorifico meipsum gloria mea nihil est: est pater meus qui glorificat me. Probat suam æternitatem, cùm dicit, Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum: vidit, & gausus est. Antequam Abraham fieret, ego sum. &c

Quartum dogma: Se non tantum spontaneè mortuum fuisse, verum illam tulisse mortem quam ipse sibi elegit, & non illam quam Iudæi inferre tentabant. Noluit lapidatus, sed cruci affixus mori.

Confirmantur articuli de diuinitate, instruiamur & pronocamur ad opera bona, ut que ad salutem sunt necessaria. Iaco. 2. & ab hæresibus Lutheranorum & aliarum pestium retrahimur.

Ecclesia idcirco hac Dominica passionis hoc Euangelij nobis proponit, quo Christus suam vitam atque doctrinam tueretur: ut cùm eius excellentem virtutem & admirandam veritatem intellexerimus, sciamus ipsum non propter sua, sed propter nostra peccata mortuum, Rom. 4. Isa. 53. indeque in eius amorem, & gratiarum actionem accendamus, & sciamus non vanam aut falsam doctrinam nos sequi, sed veram & certam.

DOMINICA PALMARVM.
DE TRIVMPHO ET ASINO
CHRISTI.

Euangelium Matthæi xxxj.

*Marc. 11. a
Luc. 19. e*

In illo tempore, Cùm appropinquaſſent Ie-
roſolyms, & veniſſent Beth-phage ad mon-
tem oliueti, tunc miſit duos de diſcipulis ſuis, di-
cens, Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſta-
tim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum
ea, ſoluite & adducite mihi. Et ſi quis vobis ali-
quid dixerit, dicite quia Dominus his opus ha-
bet: & conſeſtim dimittet eos. Hoc autem fa-
ctum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per
Prophetam dicentem, Dicite filia Sion, Ecce
Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſi-
nam & pullum filium ſubiugalis. Euntes autem
diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit illis **I E S V S**.

*Iſai. 62. d
Zachar. 9. b
Iohan. 12. b*

Et adduxerunt aſinam & pullum, & impoſue-
runt ſuper illos veſtimenta ſua, & eum deſuper
federe fecerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt
veſtimenta ſua in via. Alij autem cædebant ra-
mos de arboribus, & ſternebant in via. Turbæ
autem quæ præcedebant & quæ ſequebantur, cla-
mabant, dicentes, Hoſanna filio Dauid: bene-
dictus qui venit in nomine Domini.

*Pſal. 117. d
Marc. 11. b
Luc. 19. g*

Chriſtus

Dominica Palmarum . De triumpho & asino Christi.
Euangelium Matthæi XXI.

Christus Rex Israël ingreſſurus Ierusalem, multos vocat ministros,

Pios atque perfectos. Matth. 4.

Pecatores esurientes & sitientes iustitiam, ut eos saluet & saturat. Iohan. 7. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et Luc. 19. Venit filius hominis querere &c.

Puellos & paruulos. Marc. 10. Sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnum celorum.

Inspicientes & stultos. Proverb. 8. Intellegite paruuli & insipientes, audite & accipite disciplinam meam.

Asinos laborantes, & grauissimos peccatorum sarcinis onustos. Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.

Inter hos ministros reperiamur oportet, si modo cum Christo caelestem Ierusalem ingredi velimus. Ornauerunt autem triumphum & ingressum in Ierusalem,

Apostoli, qui adduxerunt asinum & pullum, & imposuerunt vestimenta super eum.

Turbæ Iudeorum, quæ strauerunt vestimenta sua & ramos palmarum in viam.

Pueri Hebræorum laudantes & glorificantes deum, dicentes, Benedictus qui venit in nomine Domini, Benedictum regnum patris nostri David, Hosanna in excelsis.

Ita & nos oportet spiritualiter adesse huic spectaculo. Si autem non possumus cum

Apostolis excellentes & perfectiores illas virtutes subseruere,

Turbis Iudeorum vestes & ramos oliuarum expromere,

Pueris Christum hilari corde laudare, & cum canticis glorificare,

Demus saltē operari, ut Christi asini simus, & corpore & anima christo seruiam⁹. Iuxta illud

Christi, Matth. 11 Tollite iugum meum super vos: & Luc. 9. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam.

Pauli, 1. Cor. 6. Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro.

1. Pet. 2. Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.

Augustini, Duo sunt ad salutem necessaria, Christi passio, & nostra imitatio.

Et licet durū sit officium asini, Christum imitari: libet tamen hoc officio fungi debemus, idque propter quod causas, scilicet propter

Ministerium,

Securitatem,

Vicinitatem,

Honorem,

Necessitatem.

Asinus enim

Multò fidelius inseruit Christo quàm alij: offert enim corpus suum in Christi seruitutem.

Portans Christum, securus ambulat quàm si solus: nam Christus errantem regit, lassum flagellat, lapsum verò erigit.

Christo vicinior est: insidet enim asino, cū alij ponē cūsitent. Psal. 33. Iuxta est Dominus his qui tribulati sunt corde.

Omnes enim honores Christo exhibiti, et asino contingunt: & beneficijs quæ in Christum conferebatur, asinus pariter fruebatur.

Nunquàm esset ingressus Ierusalem cum tanto triumpho, nisi Christus ei insedisset. Qui ergo cupiunt ingredi Ierusalem, necesse est ut Christum sectorem habeant.

Ecclesie proceres, Episcopi, pastores, cōfessores, cōcionatores hoc habent ministerium, ut per sacramenta & doctrinam animas quas tanquam asinas diaboli ligatas tenent, absoluant, & ad Christum adducant, & per gratiam sacramenti ipsi iisdem imponant

Diuites cum suppetias ferunt egenis, elemosinas dādo, hūc etiam fructum percipiunt asinus qui Christum portat, hoc est quod mendicus est Christi, & eius crucem in ostensione & calamitate portat.

Letatur etiam homo, qui quædam modum hodie asinus, ipse etiam Christum portat

Pueri & alij serui Dei cum Christum laudant, id quoque asinus audit, & quantum calamitosus sit & tribulatus, lætatur, & inde spem concipit ferendam ingressum Ierusalem.

Sicut David dicebat: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Psal. 121.

Deus cum iuberet omnia primogenita in sacrificium occidi, soli asino & homini pepercit: iussitque hominem pretio, asinum verò oueredimi. Exod. 13.

Abrahamum asinis tantum equitatis legimus, multosque patriarchas, reges & iudices. Gen. 42.

Legimus ex animatibus irrationalibus asinam Balaam humana verba protulisse, & angelum prius vidisse. Num. 22.

Samson in maxilla asini percussit mille Philistæos: sitientique orauit Dominum, qui aperuit molarem dentem, & egressi sunt aquæ, quibus resuscitate sunt vires eius. Iud. 15.

Christus asinum suæ natiuitati interesse voluit. Deinde uentus asino ut trulentam Herodis tyrannidem effugeret, ex Aegypto in patriam redire voluit: ac tandem asino infidēs Ierosolymam ingredi.

In primitiua ecclesia Christiani ab impijs asinarij vocabantur: & imago Christi, Tertulliano teste, asininis auriculis in contemptum pingebatur, ut ostenderent, Christianos esse asinos. In apologetico.

Legimus aliquot gentiliū philosophos ad Antonium uisendum uenisse, disserendi causa, & breui sermone ab ipso captos vel cum rubore discessisse, vel ad Christum conuersos fuisse. Sic idiotam quandam, uersutissimum hereticum ad veram Christi doctrinam conuertisse legimus.

Asinus uiuit exiguo pabulo, tolerantissimus penurie, famis, laboris, plagarum patientissimus. Eccli. 33. Cibaria & virga & onus asino: simplicissima est discretionis, ut ne inter lactucas quidem & carduos discernere sciat.

Inuenies

Asinum immundum esse animal, indignumque quod suo sisteretur conspectui, quodque nunquam admitteretur, nisi Christum uelheret. Nos fumus immundi, nunquam uerā Ierusalem ingressuri, nisi Christum gestemus in corpore nostro. Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egenat gloria Dei.

Equū fallacē esse ad salutē, & talē qui abundantia suæ uirtutis non saluabitur. Psal. 32.

Deum usque adeo peccatum detestari, ut prius soluat linguam brutorum quàm hominis peccatoris oblinat. Et diuinas uisiones bestijs potius quàm malis hominibus demonstrari. Ita asina uidit angelum, Balaam uerò minime. Num. 22.

Doctrinā quæ ex ore Apostolorum procedebat, multò fuisse dulciore animabus peccatorum, quàm oēs fauos dulcissimos, & quàm aquā illā quæ vires Samsonis recreauit. Cant. 2. Vox enim tua dulcis. Docet etiam doctrinam apostolicam & eius dulcedinem non aliter ex ipsis processisse, quàm mel ex maxilla asini. Sicut Deus illic produxit aquam illam recreandis & reparandis uiribus Samsonis: ita diuinitus infudit doctrinam sacrā buccis Apostolorum, pro reparanda & leuanda siti, & fatigatione omnium sitientium.

CHRISTVS asino uentus Ierosolymā ingreditur: primò, ut prophetiæ respondeat, secundo, ut omnem nostram arrogantiam & superbiam retūdāt, & humilitatē doceat. Matth. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde.

DOMINICA PASCHÆ,
DE RESVRRECTIONE
DOMINI.

Euangelium Marci ultimo.

IN illo tempore, Maria Magdalène & Maria Iacobi & Salóme emerunt aromata, vt venientes vngerent IESVM. Et valde mane vna sabbatorum, veniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introentes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: & obstupuerunt. Qui dicit illis, Nolite expauescere: IESVM quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hîc, ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Luc. 24. a
Iohan. 20. a

Matt. 28. a
Iohan. 20. c

Matt. 26. c
Marc. 14. c

Z Hoc

Hoc Euangelium de Dominica resurrectione completur tria,

I. Historiam resurrectionis Christi, quæ ostendit

- 1. Quando
- 2. Vbi
- 3. Quo pacto
- 4. Quo corpore
- 5. Quare

Christus resurrexit:

- 1. Tertia die à passione sua, quemadmodum s. Apostolis prædixerat, } *Marth. 20. } Ecce ascendimus Ierolyam, & filius hominis tradetur, & tertia die resurget.*
*Marc. 10. }
 Luc. 18. }*
- Summo diluculo, sabbatorum prima: hoc est die Dominica, quam ethnici diem Solis vocare solent: custodibus adhuc iuxta sepulchrum iacentibus. *Matth. 28.*
- 2. In orto, ex monumento nouo, in petram æro, in quod à Ioseph & Nicodemo positus fuerat. *Iohan. 19.* Sicut enim in orto paradisi salus nostra amissa fuit, [*Gen. 3.*] sic in orto Ierolymitano salus nostra reparata est. Et quod primus Adam in orto perdidit cadendo, id in orto secundus Adam reparauit resurgendo.
- 3. Dominica virtute & potentia, nam } *Terræ motus factus est tunc.*
Angelus Domini descendit de celo, & reuoluit lapidem ab ostio monumenti. } *Denotat* } *Verbi Dei potentiam, quod cum prædicatur, totum orbem commouet. A. & 3.*
Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius candidum sicut nix. } *Angelos esse administratores spiritus, cuius propter eos qui heredes sunt futuri vitæ æternæ. Heb. 1.*
Præ timore exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. } *Legis terrorem, & Euangelij gaudium atq; consolationem. Et hic ordo seruandus est, vt primò prædicetur lex atque penitentia, deinde Euangelium annuntians remissionem peccatorum, & gratiam spiritus sancti. Sic Christus, Penitentiam & credite Euangelio. Marc. 1.*
- 4. Glorificato.
- 5. Vt per Christi resurrectionem oēs in ipso } *Natiuitas, } Parum profuissent, si non à morte resurrexisset. Nam sua morte*
*resurrecti. Etenim Christi } Passio, }
 Mortis, }*

- 6. Quæ sint personæ, quarum sit mentio in historia resurrectionis Dominicæ.

Christus cum suis Apostolis ac discipulis.

Sanctæ mulieres, matronæ piæ & credentes, scilicet } *Maria Magdalène,*
Maria Jacobi,
Salome, mater filiorum Zebedæi,
Maria vxor Chusæ procuratoris Herodis, Luc. 8. } *Hæc* } *Parant aromata,*
Matthæa. Ibid. } *Veniunt summo diluculo, vngentes corpus Iesu,*
Expauerunt ad aspectum angelorum,
Consolantur tandem à Christo.

Angeli consolantes mulieres.

Custodes sepulchri. Hi venerunt in sanctam ciuitatem, nuntiantes principibus sacerdotum Christi resurrectionem.

Principes sacerdotum habito concilio, pecuniam conuicia dederunt custodibus, dicentes, Dicite quod discipuli eius nocte venerint, & furati sint cum vobis dormientibus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. *Matth. 28.*

II. Vsum resurrectionis, vt scilicet respiciamus Christi imaginem

Mœstam, in cruce inter latrones pendentem & morientem: ita cogitemus, propter nostra peccata Christum his omnibus contumelijs affectu fuisse: imo eos fuisse qui Christum } *Excarnificarunt,*
Conspuerunt,
Flagellarunt,
Coronarunt,
Crucifixerunt. } *Isai. 43. Seruire me fecisti in peccatis tuis, & laborem mihi præbisti in iniquitatibus tuis. Idem 53. Vulneratus est propter iniquitates nostras.*

Iucundam & lætam, à mortuis resurgentem: vt credamus Christum sua morte & resurrectione } *Satanam victum,*
Mortem deaxillâ,
Peccata de axillâ,
Infernum spualle,
Cælum apualle. } *Ex quibus lætissimum animum concipiunt Christiani, ac consolationem inenarrabilem, pollicenturque sibi omne bonum à Deo, tanquam patre clementissimo, & à Christo, veluti fratre dilectissimo. Modò hoc sentiamus quod & Christus Iesus: nempe dolores, verbera, passionem, obedientiam, ac demum crucem & mortem. Paulus ad Rom. 6. Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et 8. cap. Si compatimur, & conregnabimus.*

III. Fructum resurrectionis Christi: nempe

Satanam debellatum atque victum, } *Hæc summa consolatio est vobis Christianis, viuentibus aut morituris. Nam Christus resurrexit, atque Dominus omnium factus, ut apud*
Portas inferni expugnatas atq; deuastatas,
Mortem trucidatam atque deuoratam,
Peccata omnia deleta,
Cælum apertum,
Vitæ æternæ bonis operibus promerendæ omnibus Christianis factam facultatem. } *Satanam oppressit,*
Mortem extinxit,
Peccata deleuit,
Infernum expugnauit. } *Et nos, vt membra, per Christi gratiâ si voluerimus, dominabimur*
& resurgemus cum illo, simul regnaturi in vita æterna: Amen. } *Satanæ,*
Morti,
Peccato,
Inferno. } *Osce 6. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Vide & 15. cap. prioris epistolæ ad Cor.*

SECUNDA FERIA PASCHÆ.

Euangelium Lucae xxiiij.

Marc. 16. c

In illo tēpore, Duo ex illis ibant ipsa die in castellū quod erat in spatio Itadorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaús: & ipsi loquebātur adinuicē de his omnibus quæ acciderant. Et factū est: dum fabularentur & secū quærerēt, & ipse IESVS appropinquans ibat cum illis. oculi autē illorum tenebantur ne eum agnoscerēt. Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem, ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cléophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit. Quæ? Et dixerunt, De IESV Nazareno, qui fuit vir propheta, potēs in opere & sermone corā Deo & omni populo. Et quomodo eū tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerūt eum. nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israël: & nūc super hæc omnia, tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucē fuerūt ad monumentū, & non inuento corpore eius, venerūt, dicentes se etiā visionē angelorū vidisse, qui dicūt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentū: & ita inuenerūt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò nō inuenerūt. Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credendū in omnibus quæ locuti sunt Prophetę! nōne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiēs à Mose, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quò ibant: & ipse se finxit longiūs ire. Et coëgerunt illum, dicentes, Mane nobiscū, quoniā aduersperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis. Et factum est: dum recumberet cum eis, accepit panē, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerūt adinuicē, Nōne cor nostrū ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadē hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, dicentes, Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simóni. Et ipsi narrabant quæ gesta erāt in via: & quomodo cognouerūt eū in fractione panis.

In hac

In hac historia notentur tria,

I. Quoties Christus apparuit post resurrectionem suam, nempe decies:

- Quinques eodem die resurrectionis:
 - Marie, Marci ultimo, Mulieribus, Matth. vlti. Petro, Luc. 24.
 - Duobus euntibus in Emmaüs, Lu. vl. Vndecim circa vesperam, Iohan. 20.
- Quinques post resurrectionis diem:
 - Octavo die presente Thoma, Io. 20.
 - Ad mare Tyberiadis, Iohan. 21.
 - In Galilea, Iohan. ultimo, Iacobo, 1. Cor. 15.
 - Bethaniæ, ipso ascensionis, Marc. vlt. Luc. 24.

Apparuit autem tam

- Sæpe,
- Varijs modis,

vt

- Ipse de resurrectione sua certos redderet, vt sermonibus quos antea dixit, crederent. Act. 1.
- Discipulis suis articulum de resurrectione, inter multos verè difficillimum, benè inculcaret. 1. Cor. 15. It. 17.

II. Cur his duobus discipulis apparuerit in

Via,

Forma peregrini,

Vt scilicet ostendat,

Sibi benè placere colloquia de Deo & ei⁹ mādatis, ac passione. Matt. 18 Vbi duo vel tres &c.

Eos adhuc carnaliter de eius regno sentire, & propterea quali peregrinos esse.

Ethic obseruabim⁹ quid factū sit in

Itinere,

vbi

Christus interrogat, quid inter colloquantur. Cléophas respondet, Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & hæc ignoras? Quæ? De Iesu Nazareno, viro potenti in opere & sermone. Laudo, postea conqueritur illum nondum apparuisse: licet multas visiones quasdam viderint. Itaque sic produnt suam modulatorem.

Christus illos increpat propter eandem fidem: postea hæc ita fieri oportuille ex prophetis carat, & ostendit prophetas hæc omnia prædixisse.

Ingreditur cum illis Iesus,

Panem frangit,

Agnoscut Christum, dicentes, Nōne cor nostrum &c.

Desiderium discipulorū de Christo plura audiendi: alijs peregrinum ingredi non vrsissent. Vbi videmus, vt Christus paternum: non vult suos diuitijs detineri. Iun & vsum sacre scripturæ, quod doceat omnia quæ de Christo sunt dicta.

III. Quid nobis ex hoc Evangelio sit discendum, nempe

Primò, Quòd in hoc mundo non tantum presentia sint respicienda, sed potiùs de futuris & promissis Dei auxilijs benè sperandum. Quod si non tegerimus, metu & anxietate obruemur.

Secundò, Quòd doctrina Evangelica non tantum corda contritat per passionem & mortem Iesu Christi, verum etiam per resurrectionem consolatur, & in suum amorem accendit: ita vt tandem Christus ex fractione panis diuinum agnosci possit.

Tertiò, Quòd fides per charitatem in cordibus nostris à Christo accenditur, adeò vt omnes qui cum Christo loquuntur, & eius sermonibus delectantur, ita proficiunt, vt membra ipsius Christi ament & inuentent, pauperes nempe & peregrinos. Neque id tantum, verum instar horum discipulorū ad beneficiā accipiendā ipsos compellant.

Sunt igitur hincobis cū in pictura quadam proposita, principium, progressus & finis tandem vitæ Christianæ.

Docentur prædicatoris concionibus ita debere populum instituere, vt patrum de morte Christi & eius passione ad ipsos inuocet & copiosè dicant, idque tanto ardore, vt fluctuant: amirment, & tardos arguant. Neque hic substat, cum mox populum ita contritatum per doctrinam certis, per doctrinam resurrectionis releuet ac lætificet.

Probat etiam hospitalitatis premium. Abraham ad se peregrinos traxit, & agnos inuenit. Gen. 18. Et Loth, Gen. 19. Duo isti discipuli peregrinum inuitant, & Christum inueniunt. Edenter igitur de Christo loquamur, & pauperes suscipiamus, & Christum in nobis & nostris adiuuamur.

Conceptione,
Familia,
Loco natiuitatis,
Tempore natiuitatis,
Nominè,
Subiectione sub legem,
Magis,
Fuga in Aegyptū
Innocentium interfectione,
Concionibus eius,
Miraculis,
Iohanne præcurfore,
Contemptu apud proprium populum,
Ingressu triumphali in Ierusalem,
Traditione Iudæ,
Institutione sacramenti eucharisticæ, & aliorum sacramentorum,
Illusione in cruce,
Ludo militum de vestibus,
Exclamatione in cruce,
Morte,
Sepultura,
Resurrectione,
Ascensione ad dexteram patris.

Nempe

Isaia 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.

2. Reg. 7. Cū completi fuerint dies tui, &c. suscitabo semen tuum post te, &c.

Micheæ 5. Et tu Beth-léhem Ephrátha, nequaquam minima es, ex te enim exiit dux, &c.

Genes. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, &c.

Isaia 7. Vocabitur nomen eius Emmanuel, &c.

Isa. 33. & 53. Dominus iudex noster ipse saluabit nos. Verè languores nostros ipse tulit, &c.

Isaia 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, &c.

Osee 11. Ex Aegypto vocaui filium meum.

Ieremia 31. Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, &c.

Isaia 61. Spiritus domini super me, ad annunciandum mansuetis misit me, &c.

Isaia 35. Deus ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, &c.

Malachia 3. Ecce ego mittam angelum meum, & præparabit viam ante faciem tuam.

Isaia 53. Cum sceleratis reputatus est.

Zachar. 9. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinum & pullum subugalem, &c.

Psal. 40. Homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, &c.

Malach. 1. Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus.

Psal. 68. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

Psal. 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Ibidem. Deus Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti?

Daniel. 9. Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus.

Isaia 11. Et erit sepulchrum eius gloriosum.

Osee 13. Ero mors tua, & mors, & morsus tuus ero inferne.

Psal. 46. Ascendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ.

TERTIA FERIA
PASCHAE.

Euangelium Lucae xxiiij.

IN illo tempore, Stetit IESVS in medio discipulorū suorū, & dicit eis, Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conturbati verò & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me videtis habere. Et cū hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. **Adhuc** autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hīc aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis aysi, & fauum mellis. Et cū māducaffet coram eis, sumēs reliquias dedit eis. Et dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cū adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & Prophetis, & Psalmis, de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intel ligerent scripturas, & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resur gere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. Vos autem testes estis horum. Et ego mitto promissum patris mei in vos.

Psal. 18. b

B *In hoc*

In hoc Euangelio tria facit Christus

I. Seipsum omnibus discipulis post resurrectione, solo Thoma absente, ostendit transiens fores clausas, vt declararet, se

- Verum Deum: aliàs enim propria virtute à mortuis non resurrexisset.
- Verum hominè. Spiritus enim carnem & ossa non habet, nec cibum capit.
- Glorificato resurrexisset corpore, quod nec corruptioni nec morti amplius sit obnoxium, sed fores etià penetrare posset clausas.

Sic ergo confutat errores hereticorum quorundam, qui asserunt

- Christum autolasse ante passionem ex Iesu, Iesum autem tantum hominè ob virtutes postea suscitatum.
- Christum tantum fuisse in apparentia, non autem realem, nec habuisse veram carnem humanam.
- Christi corpus à Maria acceptum non resurrexisse: sed aliud quoddam à priori longè alienum.
- Corpus Christi fores non penetrasse, quia vt ipsi dicunt, hoc non potest facere corpus glorificatum.
- De quorum numero sunt Zvinglius & Caluinus.

Quare Christus se à discipulis videri, conspici, & palpari voluit, ne ab aliquo vesano spiritu se decipi permetteret, sed verè Dominum resurrexisse crederent. In medio ergo eorum constitit, sicut semper tenuit medium: nempe

- In praesepi, inter duo animalia. Luc. 2.
- In tēplo, inter medios doctores. Ibid.
- In Iudæa mediterraneo orbis, vt aiunt, docuit. Psal. 73.
- In medio latronum suspensus fuit in cruce. Io. 19.
- In medio discipulorum stetit. Iohan. 20.

Vt ostendat se esse verum mediatorem inter Deum & homines, i. Timo. 2. & que esse verum pabulum anime, & doctorem vitæ.

Peccatum: dicente Isa. 59. Non est abbreviata manus Domini &c. sed iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis. Manus vestrae plene sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate. Labia vestra loquuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fateatur. Hec sunt quæ inimicitias faciunt inter Deum & homines, scilicet praua opera, mala cogitationes, & peruersa verba. His ita indignatur Deus, vt nisi seria intercedat penitentià, per Christum seuerè admodum sit ea puniurus. Rom. 2. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.

Indignatio Dei. Cùm conscientia videt sibi Deum succensum ob sua peccata, videtque se Christi patrocinio priuatam, horret diuinum illud tribunal: adeo vt nulla quies, nulla pax, nulla tranquillitas ipsi sit: sed perpetuus tremor, cõtinuus horror, metusque inexcusabilis, quoadusque Deum per penitentiam irasci placet, vt Christum mittat, qui illi pacem bonæ conscientia exoptet & tribuat.

Infatigabilis ambitio, cupiditas inexplebilis, quæ omnium malorum est radix. i. Tim. 6. Hec perturbat reges, principes, ciuitates, pagos, curias, monasteria & ædes quantumuis priuatas. Quod ex peruersa ambitione nostra: tempestatis hereticorum liquidò deprehendas.

Disidium cum Deo procreat

Disidium conscientia parit

Disidium inter hominem cõflat

Optarunt angeli tēpore natiuitatis Christi in suo cantico, In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2.

Dauid toties in Psalmis à Deo sibi & ecclesie petiit. Psal. 121, 124.

Pacem igitur celestem & æternam

Precamur nos quotidianis votis, canentes, Da pacem Domine in diebus nostris, &c.

Sed tales sumus homines, & tam iniquè agimus, vt huius & illius pacis conseruandæ & promouendæ, non tantum obliuiscamur, verum etiam ex proposito eam perturbemus & corrumpamus. Neque cum Deo, neque cum conscientijs nostris, neque cum hominibus pacem habemus, sed inimicitias.

Hanc pacem quæ habent, per Christum accipiunt: decerereque vobisq; esse, vobis docet ad Rom. 12. sed (prohibet) omnia cõditionibus & modis sunt plena.

Hanc pacem quæ modò Christus discipulis precatur, in cruce comparat. Hanc pacem habent omnes iusti in charitate viuentes, & quæ ad diuinitatis obtemperantiam. Hanc parit bonæ conscientia. Psal. 118. Pax multarum gentibus legem tuam.

Mundo, Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, Pagis, Aedibus.

Tranquillitas cõseruatur in

- Confici entijs
- Hominum cõ Deo.
- Cordibus

Tranquillitas est in

- Externa,
- Mundana,
- Quæ etiam dicitur
- Quando videlicet
- Interna.
- Spiritualis.

II. Pacem discipulis optat. Est autè pax duplex,

III. Conciouatur discipulis, & inquit,

Hæc sunt verba quæ locutus sum vobis, cùm adhuc essem vobiscum.

Quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis.

Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolymis.

Vos autem testes estis horum. Et ecce ego mitto promissum patris mei in vos.

Recordentur eorum quæ de Ierosolyma ascendens dixerat. Luc. 18.

Scrutentur scripturas, & appetatis veritatem Dei explorè, nec singulari reuelatione à Deo vel temerè expectetis, vel seducetis. Quod hereticos facere videmus.

Ostendat suum regnum non tantum in mundo, sed in spirituale, consistere, in vno baptismo, in iisdem sacramentis: Deo: vt doctrina catholice Romanæ ecclesie ostendatur.

Impleatur illud Isaie 2. Ex Ierosolyma ibit lex, & verbum Domini de Ierosolyma.

Vt Apostoli hanc veri Disceptione non sibi tantum retineant, sed alijs etiam communicent per Euangelij prædicationem: in quibus credentibus bona caelestia per Christum comparata, annuncient, atq; per sacramenta tribuant, & pro bonis operibus polliceantur vitam æternam.

Nullum aliud Euangelium esse docendum vel audiendum, quàm illud quod Apostoli ex mandato Christi Ierosolymis, & postea per vniuersum orbem prædicauerunt. Quod ecclesia Romana ab illis temporibus vsque ad nos, per continuam successionem retinuit, ac tenet. Gala. 1.

Doctrinam hereticorum non esse Euangelium, sed inferni voces, & mortis impios clamores: & tantum abesse vt huic Christi Euangelio congruant, vt maxime aduersentur: tantoque minus Apostolicam suam esse doctrinam vnquam probabunt, quanto magis satanicam eam esse constat. Quod si indignè ferant, ostendant ecclesiam vbi ab Apostolis vsque ad ipsos conseruata hæc illorum doctrina fuerit. Ostendant successionem episcoporum, ostendant quis Apostolorum vnquam talem commentus fuerit vtopiam. Quod, etsi crepent medijs, nunquam offendent: necesse est fateantur suam doctrinam non Euangelium, quod nuncium bonum est, sed falsum nuncium, & mortis æternæ annuntiationem esse, in inferno ab origine mundi conseruatam, per manus satanae vsque ad ipsos transmissam.

Longè diuersissimos esse hereticos ab ecclesia catholica: vt qui non quæ Christus mandauit doceant vel faciant, sed reiciant & negent. Quæ verò ipsi temeraria præsumptione excogitarunt contra Dei verbum, contra Apostolorum traditionem, & totius ecclesie catholicæ antiquissimum consensum: & id quidem non absque magna Dei & Christi contumelia, & animarum graui iactura: pro Dei verbo venditare non verentur, impetrantes per ventris doctrinam per multas suorum facinorum ab ipsis suis principibus & senatibus, qui igni debuerant ipsos tradidisse, indulgentias. Conuertat illos Dominus, Amen.

QVARTA FERIA
PASCHAE.

Euangelium Iohannis xxj.

IN illo tempore, Manifestauit se iterum IESVS ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic, Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanaël qui erat à Cana Galileæ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus, Vado piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facta stetit IESVS in litore: non tamen cognouerunt discipuli quia IESVS est. Dicit ergo eis IESVS, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, Non. Dicit eis, Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat IESVS, Petro, Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est: tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt (non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis IESVS, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis IESVS, Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et venit IESVS, & accipit panem & dat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est IESVS discipulis suis cum resurrexisset à mortuis.

Hæc

Hæc historia Evangelica complectitur apparitionem, qua Christus ad mare Tiberiadis apparuit septem discipulis, scilicet

<p>Petro,</p> <p>Thomæ,</p> <p>Nathanaëli,</p> <p>Jacobo,</p> <p>Iohâni,</p> <p>Aliisque duobus.</p>	<p>Ibant enim piscatum, egestate compulsi.</p>	<p>Iudas œconomus Iaqueo vitâ simerat. Matth. 27.</p> <p>Christus tunc non semper aderat.</p> <p>Ideo</p> <p>Venerat tempus quod Christus Matth. 9. prædixit: Venient dies cû auferetur ab eis spõsus, & tunc ieiunabunt.</p>	<p>Petrus & alij discipuli ad piscaturam redeunt: & Paulus ad scenofactorianam artē, tanquam ad opus honestum. Act. 18.</p> <p>Ascendit ergo nauim, & ea nocte nihil cepit. Mane autē factus Iesus</p> <p>Matthæus & Zachæus non sunt ad teloniam, ad inhonestam negotiationē reuersi.</p>	<p>Stetit in litore quasi in triquillo. Nō tamen cognoverunt discipuli quia Iesus esset.</p> <p>Dicit eis, Petri numquid opsonij habetis? Responderunt, Non.</p> <p>Miserunt rete: & iā non valebant illud trahere, præ multitudine piscium.</p> <p>Dicit eis, Mittere in deturam nauigij rete, & inuenietis.</p>	<p>Dicit ergo discipulus ille quē diligebat Iesus, Dominus est.</p> <p>Simō Petrus, cū audisset quia Dominus est: tunica siccinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Agnoscit enim Christo nullum timet periculum.</p> <p>Alij autem discipuli, nauigio venerunt, (non enim lōgerant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete, magnis piscibus 153. impletum.</p>	<p>Prunas positas,</p> <p>Piscē superpositū, & panē.</p>	<p>Afferre de piscibus quos prendidistis nunc.</p> <p>Dicit eis Iesus,</p> <p>Venite, prandete.</p>	<p>Venit itaque Iesus,</p> <p>Accipit panem,</p> <p>Dat eis,</p> <p>Fit piscē similiter.</p>
--	--	---	--	---	---	--	---	--

Vult autem Christus hac historia nobis ostendere virtutē verbi sui, quādo verbo eius fides adhibetur: & quemlibet admonere, vt in vocatione sua laboriosus sit intentus, diuini tamen numinis auspicio. Quod si quis fecerit, benedictionē hic accipiet, & tandem in altero seculo vitā æternam. Amen.

DOMINICA QVASI
MODO GENITI.

Euangelium Iohannis xx.

In illo tempore, Cùm ergo sero esset die illo, vna Marc. 16. c
sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant disci- Luc. 24. f
puli congregati propter metum Iudæorum: venit 1. Cor. 15. d
IESVS, & stetit in medio, & dicit eis, Pax vobis. Et
cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi
sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis
iterù, Pax vobis: Sicut misit me Pater, & ego mitto
vos. Hoc cùm dixisset, insufflauit: & dicit eis, Matth. 18. c
Acci-
pite Spiritum sanctum: quorù remiseritis peccata,
remittuntur eis: & quorù retinueritis, retenta sunt.
Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Di-
dymus, non erat cù eis quando venit IESVS. Dixe-
runt ergo ei alij discipuli, Vidimus Dominum. Ille
autè dixit eis, Nisi videro in manibus eius fixuram
clauorum, & mittam digitum meum in locù clauo-
rum, & mittam manù meam in latus eius: nō ci edā.
Et post dies octo, iterù erant discipuli eius intus: &
Thomas cum eis. Venit IESVS ianuis clausis, & ste-
tit in medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Tho-
mæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas,
& affer manum tuā, & mitte in latus meum: & noli
esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & di-
xit ei, Dominus meus & Deus meus. Dicit ei IESVS,
Quia vidisti me Thoma credidisti: beati qui Iohan. 21. g
non viderunt & crediderūt. Multa quidem & alia
signa fecit IESVS in conspectu discipulorum suorù,
quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autè scripta
sunt, vt credatis quia IESVS est Christus filius Dei:
& vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

D *Christus*

Christus apparuit discipulis suis

Absente Thoma, iplo die resurrectionis. In hac apparitione facta sunt septem,

- I. Venit Iesus glorificato corpore, ianuis clausis. Se- debant enim discipuli magno in timore, quem auxit } Furor & rabies Iudæorum. Iudei enim tam crudeliter Christum traçtauerant, vt dici non possit quanta immanitate ipsum morti dederint. Iſa. 53. Sap. 2.
- II. Stetit in medio, nõ Phariseorum, sed discipulorum suorum. Semper enim tenuit medium, scilicet in } Præsepio, } Duo animalia: } Vt doceat se esse verum peccatum animarum nostrarum. Iohan. 6. }
 } Templo, } Legis doctores: } Vt verum sit signum quod Habacuc 3. cap. posteritati venturæ prædixerat ad cognoscendum Christum, In medio duorum animalium cognoscèris. }
 } Cruce, } Duo latrones: } Vt ostendar se esse verum doctorem ecclesie catholice. Iuxta illud Matthæi 17. Hic est filius meus &c. ipsum audite. Idcirco omnes thesauros scientiæ }
 } Domo, } Discipulos: Io. 21 } Vt doceat se pro latronibus passum. Iſa. 53. & illam mortem Adamo vniuersoque generi humano fuisse soluendam. }
 } Vt indicet se nostre pacis auctorem. Ephes. 2. Ipse enim est pax nostra.
- III. Precatus est illis pacem, } Non illam externam & mundanã, politicam & æconomicam. Ait enim Christus Iohan. 16. In mundo pressuram habebitis, &c. Ibid. Absque synagogis facient vos, sed venit hora, vt omnis qui interfecerit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Item Luc. 21. Eritis odio omnibus hominibus propter me. Et Matth. 10. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos, &c. & Luc. 10.
- III. Quum territi essent, consolatus est illos Dominus, dicens, Quid territi estis? Sicuta fides & agnitio Christi corda Christiana lætificat, ita incredulitas & dubitatio de Christo faciunt cor timidum & trepidum.
- V. Ostendit illis manus, pedes & latus, dicens, Palpate & videte, quia ego ipse sum: palpate spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Christus non negat apparere aliquando spiritus.
- VI. Manducauit coram eis, vt ostenderet se verum habere corpus, & verè viuere. Dedit enim illi partem piscis asii, & fauam mellis.
- VII. Influxit eis Spiritum sanctum, dans illis potestatem ligandi atq; soluendi animas. Misitque illos } Prædicare Euangelium omni creaturæ. Marc. 16. }
 } Prædicare poenitentiam, necessariam ad salutem & remissionem peccatorum in nomine eius per sanguinem Christi, cuius dispensationem sacerdotibus concessit per sacramenta fidelibus communicandam. Iohan. 20. Quum remisistis &c. }
 } Baptizare omnes gentes in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti: & docere quæcunque præcepta sunt à Christo seruanda. Matth. 28. }
 } Absolvere poenitentes & conuictos per sacramenta poenitentis verò ligare, & si res postuler, excommunicare. }
 } Administrare reliqua omnia sacramenta à Christo instituta. Quæ omnia non fiunt virtute humana, sed diuina. Ideo insufflans dat illis Spiritum sanctum. }

Præsentè Thoma, octauo die resurrectionis. In hac apparitione facta sunt septem,


- I. Thomas non credidit condiscipulis suis affirmantibus Christum resurrexisse à mortuis: dixit, Nisi videro fixuram clauorum, &c.
- II. Iesus venit & intravit ianuis clausis propter metum Iudæorum.
- III. Stetit in medio discipulorum.
- III. Precatus est illis pacem.
- V. Ait Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas &c. Qua historia docetur } Fidem per verbum Dei annunciari, & præternam operationem Spiritus sancti infundi. Non enim credidisset Thomas, nisi prius audiisset Christum loquentem foris, & habuisset Spiritum sanctum in vitam ipsi fidem. Est enim donum Dei. Ephes. 2. }
 } Christum benignum, non austum, sed non crudelem esse in peccatores: vt qui vni incredulo Thomæ ita se contrectandum præbeat, & reliquos peccatores æquè suauiter vocet, dicens, Venite ad me, & qui onerati estis, &c. Matth. 11. }
 } Christum pro nobis decertasse, & vitam suam pro nobis morte passisse. Pugna & laboris cicatrices in manibus & pectore ostendit, ne suam pugnam, suosque labores parui-ficiamus. Ierem. 1. Auctores omnes qui transit per viam, & videte si est dolor sicut dolor meus. }
- VI. Thomas Christum confitetur Deum atque hominem, dum ait, Dominus meus, &c. Vide Gregor. homil. super Euang. 26.
- VII. Christus respondit Thomæ, Quia vidisti me Thomæ, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. His verbis expressa est nostra beatitudo: discimurque } Fidem non esse ex nobis, neque in nobis sola facultate consistere, etiamsi audiamus Apostolos prædicantes: quod liquet ex verbis Thomæ. Est enim fides opus Dei. Paul. ad Coloss. 2. vocat illam opus Dei. Consule August. lib. 4. de doctrina Christiana cap. 16. }
 } Fidei principium esse timorem, & poenitentiam, vt constat ex historia Thomæ. Iſa. vlt. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & trementem sermones meos? faciunt ergo timorem & poenitentiam, vt ad nos respiciat Deus, ex sententia Iſaie. }
 } Fidem debere per crucem & tribulationem probari atque examinari, velut aurum per ignem. Hinc vox Pauli, Verbum Euangelij, verbum crucis. 1. Cor. 1. }

DOMINICA MISERI-
CORDIA DOMINI.

Euangelium Iohannis x.

Isaia 40. c
Ezech. 34. f
g. & 37. f
IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Ego sum Pastor bonus. Bonus pastor animam
suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem &
qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae,
videt lupum venientem, & dimittit oues, & fu-
git: & lupus rapit, & dispergit oues. mercenarius
autem fugit, quia mercenarius est: & non perti-
net ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus:
Matth. 11. d & cognosco meas, & cognoscunt me meae. Sicut
Matth. 28. d nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & ani-
Marc. 16. d mam meam pono pro ouibus meis. Et alias o-
Luca 24. g ues habeo quae non sunt ex hoc ouili: & illas o-
portet me adducere, & vocem meam audient, &
fiet vnum ouile & vnus Pastor.

Hoc



Officium boni pastoris ita describit Christus hoc Euangelio, vt sibi boni pastoris officium esse, tam charas habere suas oves, vt pro eis conseruandis animam suam, hoc est vitam, si res ita postulauerit, sit effusus, quidē quanta promptitudine Christus fecerit, deprehendet facile qui ea que septimana sancta gesta sunt, seria consideratione perpenderit. Inde fiet vt vnusquisque nostrum in eius amore descant, cuius tanta fuit benignitas, vt non tantum pro suarum ouium animabus de celo descenderit, verum & animam suam ac vitam in earum redemptionem dederit. 1. Iohan. 3. In nouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit.

Discant hinc pastores diligenter inservire gregi diuino, ipsumque celesti ac sana doctrina pascere. Quod si lupos viderint venientes dilaniaturos oves falsis doctrinis ac peruersis dogmatibus, viderintq; suas oves perituras ac subuertendas si ipsi fugiant, constituras autem si ipsi adsint, caueant sibi a fuga. Consistant animo masculino & intrepido contra hereticos, contra falsos prophetas, Deus aderit illis. Rom. 8. Et si Deum pro se habent, quis contra ipsos? si ad carceres rapiantur & neci dentur, dicant id tyrannis quod tres illi pueri Regi Nabuchodonosor, Daniel. 3. Deus noster quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis manibus tuis o Rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi Rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti, non adoramus. O felices pastores, o felicissimos vestros in ergastula arctissima compacti, ita praelia Domini aduersus hereticos praeliamini, vt oves Christi vinculis vestris in eiusdem Christi amore, & ecclesie Romanæ obedientia & cultu fortiter constrictas teneatis.


DOMINICA IVBILATE.

Euangelium Iohannis xvj.

In illo tēpore dixit IESVS discipulis suis, Modicum, & iam non videbitis me : & iterū modicum, & videbitis me : quia vado ad Patrem . Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicē, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum, & nō videbitis me : & iterum modicū, & videbitis me, &, quia vado ad Patrem ? Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit, Modicū ? nescimus quid loquitur. Cognouit autē IESVS quia volebant eum interrogare : & dixit eis, De hoc quæritis inter vos quia dixi, Modicum, & non videbitis me : & iterum modicum, & videbitis me. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mūdus autem gaudebit : vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cūm parit, tristitiam habet, quia vēnit hora eius : cūm autem pepererit puerum, iam nō meminit prefuræ propter gaudium , quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos , & gaudebit cor vestrum : & gaudium vestrum nemo tollet à vobis .

F *Hoc*

Hoc Euangelium complectitur tria genera crucis, scilicet Crucem



Ait enim Christus

De seipso, Modicū, & non videbitis me, & rursus modicū, & videbitis me. His verbis Christus animos discipulorū ad mortificationem instantem præmunit. Et quia capiendus erat à Iudeis, & crucifigendus, & sepulture tradendus, idq; iam iam: ideo ait, Modicū & non videbitis me. At quia exemplo Ionæ sum ad triduum tantū sepeliendus, mox resurrexurus, ideo iterum modicum, & videbitis me. Matth. 12. Post triduum à mortuis resurgam & videbitis me, quia vobis apparebo, sed & id quidem non diu. Quare ad patrem rebus iam his constitutis, regnum meum auferam, vobis viam præparaturus, caelumque referaturus. Crux Christi fuit ipsius mors.

De Apostolis, Amen, amen dico vobis, plorabitis & flebitis vos, mundus verò gaudebit, vos autem contristabimini. Ac si diceret, Hac nocte ob meam capturam, ob mea vincula, ob meam ascensionem, ob meam mortem, vos ingenti afficiemini tristitia. Et hæc vestra tristitia mundus letabitur, vos calumniabitur, & spiritus extinguere conabitur. Hæc est crux discipulorum.

De omnibus fidelibus, Mulier cum parit tristitiam habet, quæ venit hora eius. Vult Christus ecclesiam fidelium suas vicissitudines habituram, nec semper eodem modo fore affectam. Sed quemadmodum mulier cum parit tristitiam habet, serui autem edito mox succedunt lætitia: ita fideles interdum varijs calamitatibus afflictæ deo exercebuntur & concutentur, ut in summam angustiam adducti arbitrentur se à Deo derelictos. Ob idq; vehementer tristebuntur. Neq; id erit nouum. Siquidem ab ipso primordio ecclesiæ Israël nunc in Aegypto, nunc in Babylonia captiuus exulat, nec persequitur Pharo, nunc occiditur filij, alijs castigantur: Nabuchodonosor, rursus à tyrannis, deinde ab hæreticis. Quæ durissima quibusdam esse solet, ob suam nimiam iniquitatem. 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui nō patietur vos tentari supra quod potestis. Dicamus ergo cū Propheta, Psal. 22. Si ambulauerim medio vmbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Estne consolatio in hac cruce? Est. Nam

Apparuit Christo angelus de celo, confortans eum, Luc. 22. Et Matth. 4. post ieiunium & tentationes diaboli, accedebant angeli, & ministrabant ei. Et Christus ipse saepe ait discipulis suis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur &c. & tertia die resurget. Luc. 18. Matth. 20.

Christus dixit discipulis suis, Tristitia vestra vertetur in gaudium. Cum videritis me tradi gentium manibus, flagellari, conspui, coronari, occidi, ne despondeatis animū: nā tertia die resurgam à mortuis, & tum mea presentia glorificata, exaltata, triumphanti & victrici, vos consolabor lætitia inenarrabili. Ita Petrus, ita Apostoli, ita Magdalena incredibili lætitia afficiebantur, cum audirent & viderent Christum resuscitatum. adeo vt Euangelista Iohan. ca. 20. dicat, Gauisi sunt discipuli viso Domino, de exultatione Thomæ, de iubilo chori illius Apostolici ob presentiam Domini resurgentis. Loquantur angeli, sentiant diuini illi spiritus, nos pro dignitate, et si animus maxime gessit, nō poterimus quicquam dicere. Instruit Christus suos discipulos, dicens, Licet vos postea propter nomen meum, varias iniurias, contumelias, cruces, afflictiones fueritis passi: scitote quia paulisper duratura sunt. Et iterū paulisper, & videbitis me: quia omnia vestra mala futura sunt momentanea, sed infecutura gaudia, æterna. 2. Cor. 4. Id quod in presenti est momentaneū &c.

Christus dixit discipulis suis, Mulier cum parit tristitiam habet, cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundū. Et vos quidem nunc tristitiam habetis, sed iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ac si diceret opus esse vt Christiani omnes in terris crucē portent, & ad tēpus luceant, sed post hanc vitam eosdem æternaliter gauisuros: contra satanam & omnes impios hic quidem gauisuros, sed in futuro seculo perpetuis lucibus atq; pœnis exercitandos. Quemadmodū Christus ait, Vae vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis. Luc. 6. Et, Beati qui lugent, quoniam consolabuntur. Matth. 5.

Christus hīc proponit discipulis questionem, quam ipsi animis versabant, sed statim illam soluit atque ita, vt nec dubitationis aut perplexæ intelligentiæ vel vestigium ipsis reliquerit. Discant igitur concionatores nullam questionem ventilandam aut discutiendam proponere populo, cuius mox dilucidam ac perspicuam solutionem non subijciant. Nam aliter concionari, est graue detrimentum adferre his, qui suæ salutis procurandæ subsidium ab ipsis concionatoribus expectabant.

Feliciter etiam ex hoc Euangelio doctrina Christianis opportunissima, scilicet mundum, vitamque præsentem, tristitiæ atque luctus esse patriam, lachrymarum vallem: futuram verò gaudij, exultationis, & lætitiæ inenarrabilis. Neque alij æterna illa gaudia se consequuturos sperent, nisi qui lugent: dicente David, Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntres ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autē venient cum exultatione, portantes mactulos suos. Psal. 125. Et Paul. Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in vobis. Et Dominus non alijs quàm lugentibus & tristitibus promittit diuinas suas consolationes, cum ait, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Matth. 5. Gaudeant igitur tristes, benè sibi de bono Domino polliceantur, si sua tristitia est secundum Deum. Timeant qui ridet, qui letantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Prover. 2. De primis fuerunt Christus, Apostoli, Virgo sanctissima, reliqui discipuli & maronæ. Hi enim fuerunt modicum in passione, exultantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. De secundis fuerunt Pilatus, Sacerdotes, Pharisei, Seniores, Iudæi, Christi crucifigentes: qui paulisper lætabantur, sed iam in æternum cruciantur. Videant in tempore Christiani vtrorum fors ipsis magis arideat, discant hīc cum Christo, cum Apostolis, cum Virgine sacratissima paulisper flere, vt in æternum lateant. Amen.

Est hīc reprehendus Caluinus, qui dum nimium sapere studet, verba illa Christi, Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum: non de visione illa discipulis in corpore glorificato post resurrectionem à Christo exhibitā, sed de spiritus sancti missione intelligendā affirmat. sed peperam, sicut in plerisque alijs: nam in illo colloquio non de alia visione agebat cum discipulis, quàm de illa quam gloriose resurgens illis ostendendam pollicebatur. Nulla alia enim ratione illi sua mortis dolorem adimere, vel mitigare poterat, quàm promissione resurrectionis & visionis ipsis exhibendæ. In qua apparitione impletum est quod Christus ipsis prædixerat, Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum &c. Vnde cum resurgens ipsis apparuisset, dicit Iohannes 20. ca. quod gauisi sint discipuli viso Domino: & resurrectionis gaudium nemo ipsis eripere vnquam potest.

DOMINICA CANTATE.

Euangelium Iohannis xvj.

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Vado ad eum qui misit me : & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. si enim non abiero, Paraclétus non veniet ad vos : si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. de peccato quidem : quia non credunt in me. de iustitia verò : quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me. de iudicio autem : quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere : sed nõ potestis portare modò. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur à semetipso : sed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit : quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

Christus

Christus hoc Euangelio tria proponit,


I. Causam ascensionis suae, nempe se missurum discipulis Spiritu sanctum.

II. Quid Spiritus sanctus facturus sit cum venerit.

III. Imbecillitatem discipulorum.

Vado ad eum qui me misit, scilicet per crucem & mortem, nouum & spirituale auspicaturus regnum. Et nemo ex vobis interrogat me, Quod vadis? Adeo turbantur discipuli audita morte Christi, vt nihil interrogent. Caro enim non intelligit, crucem esse viam ad patrem. Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Videtis vos carituros externis illis bonis, quae in regno meo, quod mundanum putabatis, sperastis vos accepturos. ideo tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: vestra opinio de meo regno est falsa. Ego vero veritatem dicam vobis cur mihi abeundum sit. Et vt intelligatis quale sit regnum meum, & quid in eo expectandum: Expedit vobis vt ego vadam. Omnia quae facio, in vestram vtilitatem facio. Si enim non abiero, Paracletus ille non veniet ad vos, qui conseruet & confortet vos in conscientijs, in persecutionibus, in persequutionibus, &c. in hoc mundo. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Non enim acquiritur humanis viribus, sed liberali benignitate à patre caelesti datur atque mittitur.

Vult dicere, Prophetae praedixerunt me Christum oportere pati, mori, & resurgere à mortuis, ad caelos ascendere, ibique parare nouum regnum, in quo viuunt homines in aeternum. Nunc igitur instat tempus ea perficendi: & ego sum ille de quo haec scripta sunt & vaticinata. Si ergo per crucem & mortem non abiero, manebunt omnia in primo statu, Iudaei in aia hypocrisis, gentes in idololatrijs, mundus totus sub captiuitate diaboli, caelum clausum, ira Dei super omnes homines, &c. Nam si abiero, veniet Spiritus sanctus, qui corda vestra illuminabit, & alacres vos reddet ad mundum conuertendum, Iudaismum tollendum, idololatriam extirpandam, & veritatem vniuersum mundum docendum.



Conuincet populum Iudaicum & reliquos omnes qui me reiecerunt, nec vt verum Messiam receperunt, male fecisse. Arguet mundum peccasse grauius, qui me (quem pater misit, ac tam manifestis signis illustrauit, adeo vt angeli, demones, homines, elementa, testimonium de me perhibuerint) non vt verum Messiam redemptorem & verum filium Dei cognouerunt, sed repudiarunt, quia volentes peccarunt. Ideo Spiritus sanctus arguet eos de hoc peccato, & conuincet.

Arguet mundum de iustitia Christi, id est, probabit mundo illum verum esse Christum, verèque iustum, quauis Iudaei conuincant ipsi aliquot obiecerint peccata, sed falso, & quae nullo pacto vnquam probare potuerunt. Quod autem ego sim iustus, ita probo, quia vado ad patrem, & iam non videbitis me. Vos fatemini iniustitiam Deo improbari, & puniri, neque vllum iniustum ad eum admitti. Sed ego vado ad patrem, & pater me recipiet: ergo sum iustus, & veram iustitiam habeo in verbis & factis. Quam quia mundus noluit cognoscere, Spiritus cum venerit, arguet mundum. Et de hac mea iustitia argumentum sumet eos condemnandi & arguendi.

Arguet mundum de iudicio à me in causa animarum facto. Congressus sum cum diabolo, preliatus sum, vici, eum condemnaui, abstuli illi arma, spolia, praedam, eieci extra mundum ipsum diabolus. Luc. 11. Iohan. 12. Non tamen voluit mundus credere illam condemnationem diaboli & meam victoriam. Arguet igitur Spiritus cum venerit, mundum: & ex hoc iudicio de diabolo, à me facto, occasione sumet conuincendi ipsum atque condemnandi vt ingratum, pernicacem & rebellem.

Multa habeo vobis dicere, scilicet de ecclesia militanti, quam institui, & per vniuersum ministerium perficere volo: Sed non potestis portare modò, propter infirmitatem vestram, & propter temporum conditionem, cuius est mihi habenda ratio. Haeretici docent laicos tam esse aptos mysterijs omnibus diuinis percipiendis, vt non dubitent promiscuè plebeis & quibuscunq; gregarijs hominibus, pueris, sacra Biblia legenda proponere. Dicunt esse indigni, vt filijs interdiciamus lectione paterni testamenti. Ignorant, vel ignorare volunt, nos id non docere, sed dicere non omnes esse idoneos legendis intelligendisque diuinis illis mysterijs. idoneis permittimus & consulimus. Sed sunt pueri, teste Paulo. 1. Cor. 3. quibus non omnis conuenit cibis, nisi lac humilioris doctrinae se seipso idem ait Paul. 1. Cor. 13. Cum erit paruulus &c. Haeretici nostri temporis se viros perfectos, & ab ijs quae sunt paruulorum vacuos iactant. Negant se videre per speculum in aenigmatibus ad faciem. Faxit Deus ne ipsi & sui sequaces faciem diaboli aliquando videant: quam procul dubio visuri sunt, nisi ad eum venerit ille Spiritus veritatis iuxta meam promissionem, docebit vniuersam veritatem, id est, docebit vos successu temporis, crescente ecclesia & numero Christianorum, alia quam plurima, quae ad salutem animarum, & ad decorem domus Dei multum commodeque ornamentum adferet. Nec tantum vos docebit, sed omnes vestros successores, quatenus Ecclesiae capiti, Petro scilicet à me constituto & eius successoribus, adhererint. Haec docuit Spiritus sanctus concilijs, in decretis Pontificijs, in traditionibus quas ecclesia Romana ab ipsis Apostolis acceptas, vsque ad nos conferuamem veritatem. Dei igitur verbum contemnit, qui diuinis traditionibus manus esse affirmat, & vt tales rejicit. 1. Thessa. 4. Ille me glorificabit, hoc est, Ipse Spiritus Paracletus illustrabit meam doctrinam, maiorem ipsam reddens. Non docebit aliquid meae doctrinae contrarium. Quia de me accipiet, id est, de me accipiet, non quasi de superiore, sed de patre qui eiusdem est substantiae. Christus Iohan. 8. dixit, Ego à meipso non loquor, sed quae audiui à patre meo. His verbis confirmat mysterium Trinitatis, trinitatem personarum distinguit, & unitatem in essentia docet.

Spiritus sanctus reddidit doctrinam clariorem, quia Augustino, Hieronymo, Chrysostomo, Ambrosio, & reliquis patribus gratiam infudit, qua sacras scripturas per lucidas & peruias nobis facerent, soluentes nodos, determinantes dubia, elucidantes ea quae obscura videbantur.

DOMINICA VOCEM
IUCVNDITATIS.

Euangelium Iohannis xvj.

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis, Iohan. 14. b
Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Pa- Matth. 7. a
trem in nomine meo, dabit vobis. Vsq̄ue modò 21. c
non petistis quicquam in nomine meo. Petite, Marc. 11. c
& accipietis: vt gaudium vestrum sit plenum. Lucæ 11. b
Iaco. 1. a
Hæc in prouerbijis locutus sum vobis. Vénit ho-
ra cùm iam non in prouerbijis loquar vobis, sed
palàm de Patre annuntiabo vobis. in illo die in
nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego
rogabo Patrem de vobis. ipse enim Pater amat
vos, quia vos me amatis, & credidistis quia
ego à Deo exiui. Exiui à Patre, & veni in mundum:
iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.
Dicunt ei discipuli eius, Ecce, nunc palàm loqueris,
& prouerbum nullum dicis. nunc scimus quia scis omnia,
& non opus est tibi vt quis te interroget. in hoc credimus quia à Deo existis.

H *Christus*

Dominica Vocem iucunditatis. Iohannis XVI.

Christus hoc Euangelio complectitur doctrinam orandi, qua docentur tria,

I. Quomodo petendum sit & orandū, ut oratio nostra a Deo exaudiat: nempe

- 1. In fide,
- 2. In humilitate,
- 3. In veritate,
- 4. Cū perseverantia
- 5. In nomine Iesu Christi.

Ideo ait

- 1. Iacobus Apostolus cap. 1. Si quis indiget sapientia, postulet a Deo. Postulet autem in fide, nihil habens. Quod dicit de sapientia, idem de caritate & pietateque pertinent, intelligi vult. Saluator etiam in eorum & petentibus fidem exigit. Matth. 9. & 21. Marc. 9. & 11.
- 2. Ecclesiasticus 35. Oratio humiliantis se penetrat nubes, ca. 66. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & trementem meos? David etiam, psal. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicit.
- 3. David Psal. 144. Propè est Dominus omnibus invocantibus in veritate. August. to. 8. in enarratione eiusdem Psalmi docet quid sit, Inuocari in veritate.
- 4. Christus Luc. 18. dicit Apostolis, Oportet semper orare, ne deficiat. Iudex quidā &c. Et Iesus Sirach in ecclesiast. cap. 18. Non impediantis semper. Et Paul. 11. Thes. sal. 5. Sine intermissione orate. Idem etiam Christus Luc. 9. dicit discipulos suos, Vigilate itaque omni tempore orantes &c.
- 5. Christus Iohan. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. & eiusdem 14. Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc dabit vobis. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Petr. Act. 4. Non est enim datum sub celo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine nostri Iesu Christi.

Oratio ex fide facta. { Iaco. 5. Oratio fidei alleuiabit infirmum.

Oratio humilis faciet { Ne auertatur humilis factus confusus. Psal. 73. { Humilitas est duplex, { Corporalis, { Spiritualis, { Vtraque est necessaria, illa qui dicitur, ut genibus flexis & alijs gestibus nos sine superstitione humiliemus: spiritualis autem, ut de nostra iustitia nihil prorsus in oratione presumamus.

Ira enim inquit, { Tunc eris rectus, cum in omnibus bonis quae facit Deus, tibi placet: in omnibus malis quae pateris, Deus tibi non displicet. Hoc est Deū invocare in veritate. Qui sic inuocant Deum, exaudit eos, modò ad suam gloriam & orantis vilitatem oratio dirigatur.

Perseuerantia orationis fecit ut { Chananaea exaudita discederet, Matth. 15. Vidua illa Luc. 18. importuna & perseueranti petitione obtinuit a malo iudice quod volebat. Amic⁹ ille, de quo Christus Luc. 11. tres panes ab amico extorsit nocte intempesta, quia perseuerauit ad eius ostium pulsans.

Virtus nominis Iesu faciet ut misericordia consequamur. Nā { Ioel 2. cap. ait, Omnis autem quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Dauid psal. 24. Propter nomen tuum Domine, propitiaberis peccato meo, multum enim est. Ecclesia ex Apostolorū instituto, ideo in fine orationum publicè & secretò dicit, Per Dominum nostrum Iesum Christum.

II. An in orationibus locum habeant humana merita. Respondet scriptura,

Deum exauditionem pollicitū, non superbis, non impenitentibus, non obstinatis, non iniquis peccata aut defendentibus, non illis qui petunt in falsitate cordis: sed humilibus, penitentibus, confitentibus peccata, obsecrantibus mandatorum Dei. Sunt scripturae quamplurimae quae hoc conuincunt. Dauid psal. 85, orans dicebat, Domine, anima mea, quia sanctus sum, &c. Ezechias 4. Reg. 20. Recordare Domine quo modo ambulauerim coram te in iustitia &c. fecique in oculis tuis bonum. Rursus 1. Iohan. 3. Habemus fiduciam non impeturos quicquid petierimus, si in eis custodierimus. Si Deus non exaudit superbos, neque impenitentes, neque peruersos, sunt igitur necessaria ad effectum, humilitas, lachryma, peccatorum confessio, cordis contritio: & adeo, ut si absint, nihil prorsus simus impetraturi. Si autem his tanquam meritis digni oranti nitendum, prudenter considerandum est. Nam libenter audio quòd in petitionibus obtinendis nullum locum merita nostra habeant, neque considerandum esse nostram dignitatem, sed meritum & gratiam Christi. Dummodò hoc (quod negare non poterit nisi indoctus aut obstinatus) mihi detur, eas virtutes quas superius attuli, ita esse nobis necessarias ut sine illis, etiam maxima sit fides, nihil vnquam orantes sint consequuturi. Nam scriptura quae dicit

Per prophetas, { Daniele, ca. 9. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis, &c. { Iesaiam, cap. 65. Eritque antequam clament, ego exaudiam &c. { Ieremiam, 14. ca. Si iniquitates nostrae responderint nobis, Domine, fac propter nomen tuum.

Etiā per alios dixit, nempe { Baruch, cap. 2. Anima tristis & desolata dat tibi gloriam. Domine secundum bonitatem tuam promissisti penitentibus remissionem peccatorum &c. Manasses ita orauit. { Dauid, Propè est Dñs omnibus invocantibus eū in veritate, Psal. 144. { Ieremiam, cap. 29. Queretis me, & inuenietis cum quaesieritis me in toto corde vestro.

III. Quid sit petendum: nempe gaudium,

Non externum corporis aut huius mundi, quod momentaneum est, { Sed internum atque spirituale, quod nascitur ex obedientia quam diuinis mandatis praestamus. De isto gaudio ait Paulus Philip. 4. Gaudete in Domino semper, iterū dico gaudete. Et Rom. 14. Regnum Dei est pax & gaudium in Spiritu sancto.

Reprehenduntur qui non petunt aliquid in nomine Iesu Christi.

Ita inquit Christus, Vique modò non petitis quicquam in nomine meo. Petite, ut gaudium vestrum impleum.

Nam

Perfectum & maximum gaudium fidelium est, ut fiat quae iussit Christus in oratione Dominica, ut scilicet { Sanctificetur nomen Dei, { Adueniat regnum Dei, { Fiat voluntas Dei in terris, sicut in caelo. { Donetur animae & corpori panis quotidianus, { Remittantur nobis debita, id est peccata nostra, { Non inducamur in tentationem, { Liberemur a malo.

Maxima tristitia fidelium est, quando haec quae Christus in oratione Dominica praecipit, non sunt: sed magis sit voluntas diaboli quam Dei, nomen Dei blasphematur, regnum Dei vastatur, voluntas patris violatur, verbum Dei non praedicatur, remissio peccatorum in sacramentis, in indulgentijs contemnitur, catholici ab impijs infidelibus, Turcis & haereticis maledictis profcinduntur & conculcantur.

Constat ex his omnibus scripturis dogma nostrae fidei, scilicet ad orationem non tantum requiri Deum & ipsius promissionem, verum ex parte nostra requiri alia quamplurima, quae si absint, orationibus nostris nihil efficiunt. Quae erunt vana, inutilis & presumptuosae. Est necessarium ut oraturus in omni petitione duo consideret, scilicet quòd Dominus velit nos orare, alterum, quòd polliceatur exauditionem. Atque hoc est ex parte Dei, ut fiduciam inde concipiamus nos ex auditos in nostris petitionibus. Ex parte nostra sunt necessaria oratorum, fides, humilitas, veritas, vera contritio cordis, ieiunium, lachryma, peccatorum confessio, bonum propositum, obedientia mandatorum Dei: quibus si orantes destituamur, nihil tandem impetrabimus, etsi ex praeccepto Dei intuentes promissiones diuinas, oremus. Nam

Publicanus Luc. 18. ita orasse legimus, & nisi habuisset humilitatem, contritionem & confessionem, nunquam fuisset iustificatus. Phariseus orauit ex praeccepto Dei, & intuens diuinas promissiones, non tamen consequutus est quod petebat, ergo ista duo non sufficiunt ad consequendum quod petimus. Anna amaro animo ita orauit, 1. Reg. 1. & consequuta est quod petijt. Tobias ingemuit, & cum lachrymis orauit, cap. 3. & 12. Daniel tribus vicibus in die flebat genua, & orabat voce lachrymabili, cap. 6. Daniel confitebatur sua peccata & orabat, cap. 9. Ezechias orauit fletu magno. Isai. 38. 4. Regum 20. Dauid orans lachrymas cum fletu miscebat. Psal. 6. Iudith stetit ante lectum orans cum lachrymis. cap. 13. & 8. Christus cum clamore valido & lachrymis orauit. Hebraeo. 5. Haec virtutes fiduciam nostram adaugent.

IN DIEBUS ROGATIONVM.
QVAS LITANIAS VOCAMVS.

Euangelium Lucae xj.

Matth. 6. b **E**T factum est, cum effet in quodam loco orans, ut
cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum, Do-
mine, doce nos orare, sicut docuit & Iohannes discipu-
los suos. Et ait illis, Cum oratis dicite, Pater, sanctifice-
tur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat volun-
tas tua sicut in caelo & in terra. Panem nostrum quo-
tidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata no-
stra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis.
Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos, Quis
vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte,
& dicet illi, Amice, comoda mihi tres panes, quoniam
amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod
ponam ante illum: & ille deintus respondens dicat, Noli
mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei
mecum sunt in cubili: non possum furgere & dare tibi.
Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, etsi non da-
bit illi surgens ed quod amicus eius sit, propter impro-
bitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet
necessarios. Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis:
quaerite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. O-
mnis enim qui petit, accipit: & qui quaerit, inuenit, &
pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit
panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nun-
quid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouem:
nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum si-
tis mali, nostris bona data dare filiis vestris: quanto ma-
gis pater vester de caelo dabit spiritum bonum petenti-
bus se?


Matth. 7. a
21. c
Marc. 11. c
Ioh. 7. 14. b.
16. e
Iaco. 1. a
Matth. 7. b

In hoc

In hoc Evangelio Christus tria docet,


- I. Formam orandi,
- II. Perseuerantiam in oratione,
- III. Bonitatem patris celestis.

Cum oratis dicite, Pater noster qui es in caelis, &c. Haec oratio tres partes habet,




Maximè est considerandum id quod Ecclesia Romana in solemnioribus sacris semper canit, quòd sacerdos Dominicam oratione dicturus, non temerè, neque ex abrupto incipit, Pater noster &c. sed primò exorsurus ait, Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, &c. dicere, Pater noster. Ex illa præfatione rapimur in considerationem magnæ illius dignitatis Dei & Christi Iesu, per quem tantam gratiam consequuti sumus, vt filij Dei nominemur, & simus: precem etiam in eam dignitatem euecti sumus, vt Deum omnipotentem, patrem vocare possimus, & audeamus. Quæ consideratio magis animos nostros in eiusdem Christi amorem, timorem atque reuerentiam, & omnem pietatem accenderit, si duo (dignissima, quæ ab omnibus Christianis considerentur) animo verlemus. Primum, quòd nos tantùm Deum patrem vocare possimus, & nobis tantùm sit. Id quæ ex benigna Christi permissione & sanctissima eius doctrina, quòd sanè Turcis, Gentilibus, hæreticis minimè licet. Quia eos Christus hoc non docuit, nec ipsos habet fratres. Augustinus, de verbis Apoll. quòd nec catechumenis liceat Deum patrem vocare. Secundum, quòd incredibilem animabus nostris lætitiã parit, est, quòd quamplurimi Patriarchæ, prophetae & reges nonnulli hanc vocem sibi vendicare, nec dicere, Pater noster &c. Isaiam cap. 63. legimus dixisse, Tu Domine pater noster & redemptor &c. Sed in templo orantes non dicebant, Pater noster: Publicanus dicit, Deus propitijs esto mihi peccatori, &c. Phariseus, Domine gratias tibi ago &c. ita Salomon, ita prius David, ita Manassés & Ezechias. Nos verò audeamus, & non temerè, cum quem regem propheta Dominum Deum vocabant, patrem vocare. Quòd sanè admirabilem doctrinam continet, quam docto concionatori eruendam relinquo. Gloriabantur Iudæi se habere patrem Abraham, quid nos faciemus, qui Christum patrem & fratrem habemus, ac dicimus? Est etiam notandum, ecclesiam ex vetusta traditione patrum, ecclesieque vniuersali consensu, hanc consuetudinem fidelibus inuexisse, vt orantes Deum, qui velit ipsis opè suam ferre, litaniam Sanctorum cantandam legendamque adhiberent: vt Sanctis pro ipsis intercedentibus facilis Christianis sibi conciliarent. Vnde confirmatur dogma de intercessione Sanctorum, antiquitate, & communi totius ecclesie consensu & vñ. Videant hæretici qua fronte negare hoc præsumant.

Cum ait,



Ab initio tacet quasi dormiat, nec audiat nos pulsantes. Ita Matth. 8. legimus Christum naufragantibus discipulis dormiuisse. Item Luc. 8. & Marc. 4. Legimus etiã alijs, mari læuicte Christum ita apparuisse, vt phantasma videretur, Matt. 14. Mar. 6.
 Deinde, licet excitatus respondeat, tamen mox non consolatur, quin aliquando verbo aspero petita negat. Sicuti Chananea Math. 15. sicut hic homo euangelicus, qui amico respondit, Noli mihi molestus esse.
 Tandem subiungit consolationem, dum ait Christus, Propter improbitatẽ surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Si homo improbus ita exauditur, quid de Deo non sperabitur? Et ego dico vobis, Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Huc pertinet parabola de iniquo iudice, Luc. 18. & de Syrophœnissã, Matth. 15.



Ventus ad templum orant Deum, Deus in adiutorium meum intende, Psal. 118. & nõ orant ex corde, neq; in humilitate, neq; seruare mandata Dei, neque propter Deum, sed tantum propter quantum panis. Item qui dicunt, Pater noster, Ave Maria, Credo &c. nõ faciunt quæ dicunt, sed præuaricantes Dei mandata. Hi etsi panem petunt, id est cor durum, inuenient.
 Gaudet summum Pontificem, Cardinales, Episcopos, monachos, clericos & proximos calumniari, & falsè apud populum grauari, omnium inuidia & odium ipsis constantes. Hi pro pisce charitatis, recipient serpens & valentia plenos, qui ipsos in æternum cruciant.
 Petunt Deo solam fidem: charitatẽ & alias virtutes iustitiæ operantes, inquam ad hoc opus inefficaces reijcientes, ac retrahentes populum à vero cultu Dei ac vera obedientia ecclesie. Hi non oues, sed scorpiones infernales accipiunt.

Hæc tria genera hominum, quanuis diu multumque petant, quarant & pulsant, non exaudientur, neque spiritum bonum, quem Deus suis filijs promittit, obtinebunt: quia spiritum malum in cordibus suis habent, qui ipsos ad omnia flagitiorum genera impellet, & in infernum precipitabit, tam catholicos quàm hæreticos, nisi vtrique respiciant: illi à peccatis, & hi ab iudicis & alijs criminibus.
 Doceant igitur concionatores suos auditores, nunquam melius oraturos, quàm cum pectore vacuo malitijs, cacodæmonibus, & alijs passionibus, rogauerint Deum vt ipsorum peccata gratia & virtute sancti sui Spiritus impleat.

Elabet ex Apostolorum traditione Ecclesia, vt quando populus publica aliqua premitur calamitate, orationes, ieiunia, elemosinas fidelibus iniungat, quibus & Deum placari solitum legimus, Iona 3. Ioel. 2. 1. Reg. 7. & 31. 2. Reg. 1. 2. Esdræ 9. Act. 13. ieiunat Ecclesia in ordinatione Pauli & Barnabæ. Act. 14. constituuntur presbyteri per singulas Ecclesias non sine orationibus & ieiunio, &c. Condiciones legitimi ieiunij habet Isaias cap. 58. Ioel 2.

IN DIE ASCENSIONIS
DOMINI.

Euangelium Marci xvj.

In illo tempore, Nouissimè recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia ijs qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis, Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creature. Qui crediderit, & baptizatus fuerit: saluus erit: qui verò non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur, In nomine meo daemonia eiicient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, Super ægros manus imponent: & benè habebunt. Et Dominus quidem I E S V S postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedit à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique: Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.


Luc. 24. f.
Ioh. 20. e.
Matt. 28. d.

Act. 16. d.
Act. 2. a.
10. g.
Act. 28. a.
b. c.

Act. 7. g.
Luc. 24. g.

K *In hoc*

In hoc Euangelio Christus facit quatuor,



Vltima pars huius Euangelij (illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermone confirmante sequentibus signis) admonet nos vt in vocatione, Christi mandato obediamus: & consolatur nos, quod Dominus sit benedicturus operibus manuum nostrarum, si modò constantes in fide, eius mandata obserauerimus. Quæ Apostoli fecerunt quod Iesus præcepit, Christus vicissim fecit quod illis promiserat.

Doctrina huius Euangelij primò confirmatur veritas illius articuli, Christus ascendit in cælum, sedetque ad dextram Dei patris omnipotentis. Secundò docemur quemadmodum Christus ascendit in cælum in corpore & anima, postquam voluntatem patris sui fecit: ita & nos si perseverauerimus in fide, eterni patris voluntatem fecerimus, sperabimus nos assumendos in vitam eternam, quam nostris operibus retribuet Deus iustus iudex. Non ascendit in cælum cum Christo quisquam per suam fidem, sed per charitatem, quæ verè dignos nos facit caelesti illa assumptione. David, Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam. Psalm. 23. Idem, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, Psalm. 14.

DOMINICA EXAUDI.

Euangelium Iohannis xv. & xvj.

Luc. 24. g **I**N illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Cùm autem venerit Paraclétus, quem ego mit-
tam vobis à Patre, spiritum veritatis qui à Patre
procedit: ille testimonium perhibebit de me. &
vos testimonium perhibebitis: quia ab initio
mecum estis. Hæc locutus sum vobis, vt non
scandalizemini. Absque synagogis facient vos:
sed vénit hora, vt omnis qui interficit vos, arbi-
tretur obsequium se præstare Deo. & hæc facient
vobis: quia non nouerunt Patrem, neque me.
Sed hæc locutus sum vobis: vt cùm venerit hora
eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.
Hæc autem vobis ab initio non dixi: quia vo-
biscum eram.

Christus

Christus hoc Euangelio indicat tria,

I. Officium

Spiritus sancti, quem Christus vocat

- Paracletum, hoc est, consolatorem & advocatum,
- Spiritum, hoc est predicatorem veritatis,
- Spiritum perhibentem testimonium de Christo,

Contra spiritus

- Terroris, timoris, & tristitia.
- Mendaciorum & falsitatis.
- Haereticos negantes divinitatem Christi: & contra genes que verum Deum negant.

Quia

- Apostoli erant extra synagogas, anathematizandi, occidendi, variisque modis afflicti in tyrinis & incredulis: ideo ipsis promittitur Paracletus, qui confortetur eorum corda, quique ipsos alacres & gaudentes reddat, ut gaudentes discedant a conspectu concilii, quod non digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.
- Quia Spiritus sanctus quem possidet, facit veritatis amatorem, errorum, & sectarum falsarum: quales sunt Lutheri, & aliorum haereticorum.
- Testatur omnibus de his venientibus ad fidem ecclesiae catholicae Christum Deum unicum & verum filium, unicum mediatorum, & salvatorem. Ecclesia catholica Romana hunc Spiritum habet magistrum: ipse testimonium perhibet huic ecclesiae de unitate, de ipsius doctrina, & de omni veritate.

Officiu praedicatoris est

- Docere Christianos, promissionem hanc non tantu Apostolis, sed & omnibus fidelibus factam, ut in suis angustiis, afflictionibus, persequutionibus, sperent se habituros Spiritum sanctum paracletum, id est consolatorem: si modo passionibus & afflictionibus sint pro Christo. 2. Cor. 1. Sicut abundant passionibus Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.
- Docere Christianos ut studeant bonis operibus Spiritum sanctum prouocare, qui ipsorum corda illustret, & repleat sua gratia, ut omnem veritatem videamus & amemus.
- Docere Christianos quod Spiritus sanctus illis testimonium perhibet de Christo & de eius doctrina, quando manent in obedientia sponse ipsius, quae est ecclesia Romana.

Apostolorum. Hos vocat Christus testes oculatos suae vitae atque doctrinae: quos ipse testatur, & ab initio assumpti ut testes illi essent in Ierusalem, in Samaria, & in omni Iudaea, & in omni loco usque ad vltimum terrarum: iuxta doctrinam Lucae Act. cap. 1. & in narratione Evangelica, cap. 24. Instituit illis, quod sit ipsorum officiu, nempe testimonium verum, firmum, & constans reddere de Christo, de excellentia & veritate doctrinae eius, quam ipso docuit, de singulari & excellentissima virtute incontaminatae vitae suae. Quod dicit, Vestrum est annuntiare mundo me verum esse filium Dei: quia hoc audistis in monte Thabor, Matth. 17. & ideam audistis omnes in templo Ierosolymitano, quando vox illa fuit e caelo delapsa, per quam pater a patre ut me glorificaret, pater caelestis respondit, Et clarificauit, & clarificabo. Iohan. 12. Vos qui vidistis me curantem agros, iuuantem miseros, resuscitantem mortuos, vos inquam, qui omnia mea facta vidistis, testimonium perhibebitis de me apud omnes. Cum audieritis Iudaeos dicentes me fuisse voracem, potatorem, amantem publicanorum & peccatorum, & facientem mirabilia in virtute Beelzebub: testimonium perhibebitis hominibus meam puritatem, veritatem, innocentiam, & diuinitatem. Non silebitis, sed praedicabitis mundo me esse Christum verum mundi saluatorem, filium Dei, qui veni saluare & non perdere vitam: quoniam si quis se conseruit, perdet eam: qui autem se contulerit, & de me testimonium perhibebit, non perdet vitam, sed vitam aeternam. Non dubitatis prompto atque praesenti animo omnia tormentorum genera perire: ut de me testimonium perhibeatis.

II. Quomodo mundus tractaturus sit Apostolos agentes suu officium. Ait enim,

Abque synagogis facient vos. Tribulationes immittuntur ad probationem. 1. Pet. 4.

Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo.

Et haec facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me.

Hoc est

- A suis synagogis vos expellent, aqua igne mercient, & indignos reputabunt qui suis possitis interesse sodalitijs, conuentibus, &c. Hoc factu est viuente adhuc Christo: nam Iohan. 9. refert Iudaeos legumatos aliquis Iesum, Christum confiteretur: exturbareturque extra synagogam: quia dixerat. 1. Cor. 4. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omniumque vique adhuc.
- Gesta Pauli, cum adhuc Saulus esset, testatur. Nam de illo legimus Act. 3. Saulus autem deuastabat ecclesiam, persequens intrans, & trahens viros & mulieres tradebat in custodiam. Ibid. 9. Spiritus sanctus minarum & caedis in discipulos Christi, &c. Idem Paul. Galatis testatur, quod se supra modum persequutum ecclesiam Dei, & expugnasse illam &c. Superius haec de causa lapidatum legimus Act. 7. Ibid. 23. iuraru nonnulli se non multos panem priusquam Paulum occiderent.
- Vos patiemini, sed non ob aliquam causam: non quia latrones, nec homicidae, nec idololatrae, sed quia me confitentur, & Deum, verum Christum, quem Iudaei non nouerunt, neque nosse voluerunt. Et scitandum Deum non esse iniustum, si martyres ob hanc confessionem patiuntur: ni omnia quaecunque nobis facit, vero iudicio facit.

Docebit populum praedicator,

- Non mirandum, nec tristandum, si mali & perueri fugiant nostra consortia, vitent nostra colloquia: imo latandum illis esse qui hoc ferunt. Sed est aduertenda regula Petri seruanda in afflictionibus, scilicet, Nemo vestrum patiar ut fur, ut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem Christianus gloriificet Deum in isto nomine, &c. 1. Pet. 4.
- Quantum possit malitia carnis, & in qua mala nos impellat satanas, si gratia destituamur. Haereticus nostri temporis exemplo sint, qui obsequium se Deo praestare falso & malitiose arbitrantur, si Romanum Pontificem, Cardinales, Episcopos ac reliquos vniuersos ordinis ecclesiastici viros suis sedibus exturbauerint. Caueant igitur perdere gratiam. Haec mala & alia longe grauissima incurrit, qui Deum & filium eius Iesum Christum non cognoscit, sicut ecclesia Romana ipsum confitetur & cognoscit.

III. Consolatur suos discipulos dicens, Haec locutus sum vobis, ut cum venerit hora, eorum reminiscantur, quae ego dixi vobis. Scire mala quae nos sint subsequutura, non parum animos confirmat. Nam quanuis memoria illa nihil iuuare possit cum mala feruent, hoc tamen commodi Apostolis & vniuersis fidelibus, quibus omnibus tribuatur, adfert, ut scilicet in medijs tormentis atque in ipsis afflictionibus, subbeat animos afflictorum memoria eius cuius causa illa tormenta vel illam mortem patiuntur. Recordabuntur esse Christum qui illis praedixit, qui liberatum in mari, Matth. 14. imperauit ventis, qui liberauit adulteram, Iohan. 8. qui resuscitauit Lazarum, Iohan. 11. qui cum mortuus esset, propria virtute surrexit, qui denique alia quamplurima admiranda, sua ipsius potestate fecit. Quae scilicet, & de re afflictorum foret, posset illos tormentis eximere, calamitatibus & angustijs liberare. Sed quia ita expedit ad suam gloriam promouendam, & animarum fidelium electorum vtilitatem, ideo praedicat, Apostolos, & per eosque alios fideles varijs afflictionibus & calamitatibus concutiendos & exercendos. Quod cum Apostoli scirent, dicebant, ut Paulus testatur Rom. 8. alaci corde, Quia propter te mortificamur tota die: afflicti sicut oves occisionis. Magna erit consolatio omnibus afflictis, si animo attento considerent quod habet Iacobus, Omne gaudium exilimate, cum in varias tentationes incideritis, Iaco. 1. Et Rom. 5. docet Paulus quod tribulationem operatur. Est donum Dei tribulationes pati. Philipp. 1.

Haeretici hoc rapiunt in suam defensionem, dicunt se exules, clamant se suisque fortunae subiecti, dicunt se foci priuari, idque propter Christum. Sciunt se diaboli esse martyres, non enim patiuntur propter Christum, sed ut maledici, ut matricidae, ut patricidae & spirituales, ut seditiosi, ut pacis turbatores, ut zizaniorum seminatores. Intelligant se ea moliri quae dignissima sunt punitione extrema.

IN DIE PENTECOSTES.

Euangelium Iohannis xiiij.

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Si quis diligit me, sermonem meum seruabit,
& Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus,
& mansionem apud eum faciemus. qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me Patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclētus autem, Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & suggeret vobis omnia quęcunq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius quàm fiat: ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic *Act. 2. d* facio.

M *In hoc*

In hoc Euangelio Christus facit sex,

Primò Hortatur ad dilectionem & auditionem verbi sui. Offendit officium & effectum nostri amoris erga Deum, nempe effectum illius amoris quo Deus nos diligit, Præmium quod dat Deus dilectoribus suis. Quomodo cognoscantur qui non diligunt Deum.

Cùm ait, Si quis diligit me, i. Iohan. 2. 4. 5. Diligunt Deum, & mandata eius faciunt. Sermonem meum seruabit. Domus illa in qua ne habet, tuta est omni tempore. Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat.

Doceat prædicator Christum velle Utipotes Christiani diligamus & super omnia amemus, vt cui nos nostrumque amorem, & omnia nostra ob creationem, adoptionem, & ob alia quàm plurima beneficia, debemus. Est etiam diligendus Deus à suis creaturis, quia in eius bonitate beatitudo nostra & iustitia consistit. Nam si habeamus fidem tantam vt etiam montes nobis obediant, nil prodest. Cernit. 13. Officiis amens esse, sermones Dei seruare. Sermones Dei seruare, est ei seruare ex toto corde, cuiusque mandatis obsequari. 14. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Obligat mandatorum Dei pollicitum esse Deum in mercedem, vitam æternam. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Hæc fac, & viues, Luc. 10. Qui fecerit hæc, viuat in illis. Leuit. 18.

II. Conciliat doctrinæ suæ auctoritatem, cùm dicit, Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me Patris.

III. Prædicat se disciturum, Hæc locutus sum vobis apud vos manens

III. Pollicetur se missurum Spiritum sanctum, qui Erit paracletus, id est consolator in omni tribulatione & angustia, & in cunctis afflictionibus ita vt eorum corda ad considerationem diuinæ potentia & immensæ bonitatis Dei erigat, quæ respicientes considerant se non obliuioni traditos, nec neglectos, sed Deum ipsorum habere rationem. Ex qua consideratione magne emerget consolatio. Docebit eos omnia. Non erit magister mundanus, qui est aliqua eleganter docere potest, non tamen potest omnia. Erit illis magister diuina, quæ animarum salutem & ecclesie constructuram necessariam fuerint, abunde & perspicue docebit. Ita docuit in concilijs generalibus, docuit Pontifices Romanos, quibus ex promissione singulari domino Christi, Spiritus sancti presentia in rebus fidei est concessa. Docuit idem ecclesias particulares, quæ vniuersalem Romanam matrem suam & Christi sponsam continentur. Docuit tantis doctrinis patres illos ecclesie tum Græcos, tum Latinos, Basilium, Cyrillum, Athanasium, Chrysostomum, Nazianzenum, Cyprianum, Hilarium, Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Gregorium.

V. Promittit discipulis suis se Daturum pacem, non illam externam & mundanam, sed internam, cælestem & diuinam & tranquillitatem conscientia, quæ oritur ex fide per charitatem operante, qua credimus nos per Christum placatum habere patrem etiam in medijs angustijs, Nam quos diligit castigat.

Sextò Confortat eos aduersus scandala crucis. Inculcat eis, ne eius abitione ad Patrem per crucem offendantur. Indicat suam mortem instare, principemque huius mundi venturum contra eum, sed nihil prorsus inuenturum in eo quod pœna aliqua sit dignum: ob idque non propter sua, sed propter nostra peccata moriturum.

Cùm ait, Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quod dixi vobis, Vado & venio ad vos, &c. Posthac non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.

Terce Hæc est æterni Patris mei voluntas, vt à vobis discedam, nec diutius corporali presentia adsum. Sum passurus, & mortis instat hora. Nihil moueat vos, si videatis me tanquam peccatorem maleficum cruciari. Non turbetur cor vestrum, neque formidet me non facturum quod prædixi, nam tertia die resurgam. Vado vt mei patris mandata, cuius voluntatem facturus de cælo descendi, executioni mandem. Resultabit ex mea passione & morte, gloria amplissima æterno patri. Breui veniam ad vos post resurrectionem vos consolaturus. Si me diligetis, gauderetis vtiq; propter sequentia commoda, quæ ex meo discessu accipietis, nempe redemptionem, saluationem, sanctificationem, iustificationem, ac tandem glorificationem: quæ omnia pater, qui secundum humanitatem maior me est, per me operabitur. Tempus meum migrandi ex hoc seculo adest. Satan huius mundi princeps adest comitatus Iuda, atque amatis Iudæorum turbis, vt me de medio tollat. Sed is in me nihil prorsus iuris habet, nulla culpa, nulla causa in me est, ratione cuius mortem mihi intenter. Moriar tamen, vt mundus intelligat me meo Patri æterno esse obedientem. Atque vt omnes credentes à morte & æterna damnatione liberentur, à diabolo, à peccato & inferno. Nam hæc mea profectio ad mortem adferet vobis omnia bona, scilicet gratiam Dei, remissionem peccatorum, Spiritum sanctum & vitam æternam. Amen.

¶ Quomodo autem venerit Spiritus sanctus, nullus Euangelistarum in suis huiusmodi Euangelicis scripsit. Scripsit verò Lucas cap. i. act. Apostolicorum.

SECUNDA FERIA
PENTECOSTES.


Euangelium Iohannis iij.

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
I. Ioh. 3. 16. b Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundū, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, nō iudicatur. qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autem iudiciū: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia **in Deo sunt facta.**

Iohan. 1. 9

In hoc

In hoc Euangelio Saluator tria ostendit maximè necessaria,



SVMMA.

Quemadmodum sol exorians claritate sua cuncta exhilarat, & calore fouet ac nutrit omnia: sic Iesus Christus Dei filius, per sacramenta Euangelij, non solum corda credentium & afflictorum latificat, verum etiam per Spiritum sanctum nostris animis totius boni semina infundit, infusa curat, datque incrementa qui dedit bonis nostris ex gratia initium. Dat vires & gratiam, virtutes confert, ut ad salutem per conducti, fructus bonos atq; opera Deo grata, & nobis per eius sanguinem propitiatoria possint producere, quibus tandem vitam æternam promereri valeant, Amen.

TERTIA FERIA
PENTECOSTES.

Euangelium Iohannis x.

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Amen, amen dico vobis, qui non intrat per o-
stium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille
fur est & latro. Qui autem intrat per ostium: pa-
stor est ouium. Huic ostiarius aperit: & oues vo-
cem eius audiunt: & proprias oues vocat nomi-
natim, & educit eas. Et cum proprias oues emi-
serit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia
sciunt vocem eius. Alienum autem non sequun-
tur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem
alienorum. Hoc prouerbum dixit eis IESVS.
Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.
Dixit ergo eis iterum IESVS, Amen, amen dico
vobis quia ego sum ostium ouiu. Omnes quot-
quot venerunt, fures sunt & latrones: sed non au-
dierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis
introierit, saluabitur: & ingredietur & egredie-
tur, & pascua inueniet. Fur non venit nisi ut fu-
retur & mactet & perdat. Ego veni ut vitam ha-
beant, & abundantius habeant.

○

In hoc

In hoc Euangelio tria sunt obseruanda, quid scilicet sit

I. Ouile ilud de quo Christus hic loquitur: nempe,

- Ecclesia catholica, congregatio fidelium, communitio bonorum & malorum fidelium.
- Qua Christus sibi conuocauit, collegit.
- Per Petrum, Praedicationem, Et sacramenta, Ex Iudaeis, Gentibus.
- In vnum coetum, tollens medium parietem maceriae, Ephe. 2. sicut promiserat Ioh. 10. Est autem ecclesia.
- Fundata super Petrum, tanquam caput ipsi, & super lapidem apertum Christum Iesum.
- Optime munita, ministerio Episcoporum constituta, protectione Spiritus sancti & gubernata, custodita fideliter ab ipso Christo. Mich. 2. Congregabo Iacob &c. panem illum quasi gregem in ouili, & quasi pecus in medio.
- Habet hoc ouile:
 - Ianuam, scilicet Christum, ad quem in baptismo intramus: estq; ianua.
 - Celi, Psal. 77 & 84. per quam decedit gratia Dei ad nos in terram.
 - Fidei, Act. 13 in gentium salutem.
 - Christus est ad caelum.
 - Via, Porta, Ianua, Scala.
 - Sine eo ad patrem nemo venit. Propterea.
 - In veteri testamento oraturi conueniebant ad ianuam tabernaculi. Omnia sacrificia ad ianuam tabernaculi mactabatur. Nihil enim extra Christum Deo placet. Syrach cap. 14. Beatus vir &c. in ianuis sapietia &c.
 - Attendamus igitur, ne hec ianua nobis claudatur.

II. Pastor ouium, Christus videlicet. Pastor bonus enim

- 1. Summo mane oues ad pascua educit,
- 2. Nullius ouis obliuiscitur, Luc. 15.
- 3. Signum dat ouibus cornu suo,
- 4. Nullam ouem post se relinquit,
- 5. Imbecillium curam domi gerit,
- 6. Pedit pastorali oues regit,
- 7. Fideliter oues pascit,
- 8. Inter pascendum fistula canit,
- 9. Ouiculas interdum lauat,
- 10. Scabiosas à sanis segregat,
- 11. Nihil nisi lac ab ouibus requirit,
- 12. Cambus adiunctis illas custodit,
- 13. Semper oues pascit,
- 14. Oues alloquitur & exclamat,
- 15. Oues nominatim interpellat,
- 16. Non perpetuo in vno loco moratur,
- 17. Sal interdum illis proponit.

Sic & verus pastor Christus

- 1. Ab initio mundi ecclesiam sibi congregauit,
- 2. Non dormit neque dormitat,
- 3. Euangelij voce oues conuocat,
- 4. Non vult mortem peccatoris,
- 5. Non reijcit omnino imbecilles fidei,
- 6. Secundum verbum suum suos regit,
- 7. Pabulum beatitudinis synceriter pascit,
- 8. Summa cum consolatione docet,
- 9. Baptismo & absolutione suos lauat,
- 10. Excommunicatione obliuiscit reos,
- 11. Sustainetionem ministrorum requirit,
- 12. Magistratibus ecclesiae seruitiū & obsequium commendat,
- 13. Nunquam suos pabulo doctrinae privat,
- 14. Per verbum & spiritum nos alloquitur,
- 15. Quid cuique sit faciendum monuit,
- 16. Suos quotidie perfectiores reddit,
- 17. Sal euangelij dat, quo ab omni corruptione liberamur.

Omnes igitur pastores, episcopi, ac reliqui ministri hunc fidei pastorem diligenter imitari debent, &

- 1. Destruere omnia vitia, omnia mendacia, omnes sectas & doctrinas falsas fidei ecclesiae Romanae contrarias. Idq; per verbum damnando, cōuincendo, increpando, docendo.
- 2. Aedificare exhortando ad fidem & charitatem, & ad vnitatem ecclesiae catholicae Romanae retinendam.
- 3. Intercedere sedulis orationibus pro ouibus commissis.
- 4. Curare vt sacramenta suis temporibus administrantur.

Sunt autē triplices,

- 1. Primi, qui docēt nos primā iustificationē mereri posse. Hi latrones & raptores vocari possunt. 1. Cor. 4. Quid habes quod nō accepisti?
- 2. Secundi, qui per legē gratia dei iudicant, nos iustificari negant. hos Iaco. reprehendit. ca. 2.
- 3. Tertij, qui negāt operibus nostris nos vitā aeternam promereri. Hos Iurescimus esse & latrones, ex doctrina Christi, Mar. 25.

Sic Lutherus, Brennius & Calvinus, ac reliqui haeresarchae, doctores falsi,

- 1. Sunt auari, & raptores bonorum ecclesiasticorum,
- 2. Incautos & improvidos aggrediuntur, (omnes)
- 3. In suis malis artibus & erroribus cōfidetes, continentur
- 4. Verbum Dei de obediencia ecclesiae, negligunt,
- 5. Exeutes ab ecclesia catholica Romana, se ad falsēdū
- 6. Simulāt se innocētes, vt facilius seducant, (alios parat,
- 7. Euangelij penitentiam horrent, & fugiunt,
- 8. Obdurati in suis erroribus dogmata seuerunt,
- 9. Fundamēta ipsorum falsa & erronea sunt, & haeretica,
- 10. Ideo magistratibus adulantur, vt ipsos defendant,
- 11. Suis doctrinis venenū pestilens animabus iniiciūt,
- 12. Rarō & tardē suas haereses agnoscunt,
- 13. Ne eorum astutias olfaciamus cauent,
- 14. In tenebris peccatorum dogmata illorum falsa & peruersa malis lucere videntur,
- 15. Circa terrena versantur,
- 16. Non quiescunt, nisi totum populum seducant.

III. Oues: nempe omnes Christiani & fideles. Sicut enim oues

- 1. Sunt mites & sine salitate,
- 2. Sub lingua, indicio quodam cuius sit futurus coloris fetus, indicant,
- 3. Bibendo largius sunt fructiferæ,
- 4. Immodice non vorant,
- 5. Vesperilibentius comedunt,
- 6. Ruminant,
- 7. Circa hyemem quaedam sunt imbecilles,
- 8. Ouium laceratarū lanæ pediculos gignūt,
- 9. Ouibus pregnantibus, dum solae sunt, tonitrua nocent,
- 10. Oues suis fructibus non fruuntur,
- 11. In oue omnia sunt vitia,
- 12. Agnoscunt vocem maternam,
- 13. Sunt patientes.

Consideranda est vitiorum naturā, qui

- 1. Non sunt superbi, arrogantes,
- 2. Oris confessione cognoscuntur, & opera consona esse debent,
- 3. Crebriori auditu verbi fructu fructu,
- 4. Temperantia student,
- 5. Seipfos nō vesperi tantum, sed et in matutinis horis inuoluunt de Dei clementia,
- 6. Verbum auditum rursus reuoluunt,
- 7. Non omnes eiusdem fornicationis,
- 8. Rapti à diabolo nihil boni cogitant,
- 9. Non meditantur schismata,
- 10. Nō suū, sed proximo committunt,
- 11. Omnibus actionibus alijs peccatis addunt,
- 12. Vocem ecclesiae verē agnoscunt,
- 13. In spe & patientia & timore dei versantur.

DOMINICA TRINI-

TATIS.

Euangelium Iohannis iij.

ERat autem homo ex Pharifæis, Nicodêmus nomine, princeps Iudæorum. Hic vênit ad IESUM nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit IESUS, & dixit ei, Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodêmus, Quomodo potest homo nasci cum sit sênex? nunquid potest in ventrê matris suæ iterum introire, & renasci? Respondit IESUS, Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natû est ex carne, caro est: & quod natum ex Spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuo. Spiritus, vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis unde veniat aut quò vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Respondit Nicodêmus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? Respondit IESUS, & dixit ei, Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis: quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo Filius hominis, qui est in cælo. Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis: ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Psal. 134. a

Nume. 21. c

Hoc

Hoc Euangelio describit Euangelista Iohannes quatuor,

I. Personam Nicodemi:
 Qualis fuerit, nempe { Vir magnæ autoritatis, Pharisaorum princeps, Iudæorum Rabbi, id est magister. } Si enim { Contempleris civilem potestatem, Consideres excellentem legis doctrinam, Respicias religionem externamque sanctorum, } Erat { Principum Doctissimorum } Vnus. { Sanctissimorum }
 Quid fecerit: { Venit noctu ad Iesum, propter metum Iudæorum. Nam sine diuina gratia non aliter tolet facere caro & sanguis. Non fuit Nicodemus Salutaris } Tantus animus, Tanta fortuna, Tanta auctoritas, Tanta sapientia, & numerus. { Ausus fuisset interdum Christum accedere. Metuebat enim ne eijceretur e synagoga. Iohan. 12. Multi ex principibus crediderunt in eum, sed propter metum &c. }

II. Disputationem Nicodemi & Christi, quæ non fuit
 Suspiciosa vel invidiosa, { Stomachosa, vel inuidiosa, Fastuosa, vel superstitiosa, } { Iudæorum, Sadducæorum, } { De } { Tributo, Refurrectione mortuorum, } { Non tentandi vel obseruandi } { Non invidiandi } { Non fallendi } { Iustitia } { Spiritus. } { In iustitia } { Vbi } { Per quæ } { Quando } { Quare } { Immersio } { Significat } { Carnis mortificatione, & peccatorum abolitione. } { Homo in spiritu sancto renouatione. } { Hæc } { In hac vita fit plena remissio peccatorum. } { In hac vita est imperfecta, sed renouatur de die in diem secundum interiori hominem. 2. Cor. 4. }
 Salutaris vita, { Salutaris doctrina, } { Inaudita signa & prodigia. } { Faciunt, vt nihil mali de te cogitare possim, ne dum suspicari. Verum hoc me torquet, quod Moyses cum omnibus operibus legis reijcis, & fidei ac charitatis omnia ad salutem animæ pertinentia refers accepta. } { Vt carnalis homo fiat spiritualis: & quæ natiuitas fuit de terra, de puluere, & crasso elemento: fiat nunc de puriore, nempe aqua, spiritu, & aere. Nam quod ex carne natum est, caro est. Ac si diceret, Qualis arbor, talis fructus: qualis Adam, tales omnes posterius eius. Lupus non procreat agnum, nec accipitem noctua. Si quid boni meriti sperandum est, oportet carnem & sanguinem cum peccatis in baptismo submergi, virtutes plantari, & rursus hominem nouum renasci, Spiritus sancti gratia perfusum & illustratum. }

III. Ordinem & modum disputandi.
 Respondit Christus, Amen, amen dico tibi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest ingredi regnum Dei. Ac si diceret, Quod si venisti ex me auditum, quomodo iustificari atque saluari possis, dicam. Oportet te renasci: nam ad iustificationem nihil prodest neque confert lex Moysi sine sacramento fidei. Sola sacramenti noua natiuitas iustificat. Hoc non arrisit, quia non intellexit Nicodemus. Quare ait, Quomodo potest homo nasci cum sit senex? nunquid potest in ventre matris suæ iterum introire, & renasci? Ita humana ratio solet in rebus diuinis allucinari, atque delirari. Quod enim Christus de spirituali natiuitate reulit, id intellexit de carnali Nicodemus. Quare Christus clarioribus verbis Nitem, Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quod vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Ac si diceret, Venus est libera creatura, fertur huc, & reuolat illuc: non potest comprehendi, nec includi. Quemadmodum igitur accidit in creaturis corporalibus aere & vento, sic etiã in homine spirituali. Nam vbi per verbum in baptismo renascitur homo, ibi poteris affirmare spiritum & vitam adfuisse. Facit ergo discrimen inter carnalem & spiritualementem natiuitatem. { Gignit } { Seruos peccatorum, captiuos diaboli, qui possant male cogitare, dicere, & operari. } { Hic respondit Nicodemus, Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei, Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Tu es ille magister Israël, legis doctor, populi pastor, animarumque curator, & ignoras ea quæ summe sunt necessaria? Quod si Rabbiorum tanta est incertitia, quid quæso, sunt discipuli? }

III. Auctorem qui nobis obtinuit Spiritum sanctum, & quomodo: nempe Christum, per suam Resurrectionem, Ascensionem.
 Qui ad caelos ascendere cupit, eum oportebit per Christum per scalam ascendere. Christus vnus est ille, qui suo dorso benedicto potest nos transferre. Christus est cali porta, via, pons, nauis, atque scala: oportebit ad patrem omnipotentem conscendere. Ait enim Christus, Ego sum via, veritas & vita: Nemo venit ad patrem, nisi per me. Iohan. 14. Ego sum verus ille serpens, ait Christus, quem oportet exaltari: vt per meam passionem, mortem, & resurrectionem, mundus reconcilietur patri. Igitur qui exaltatur, & infestus veneno, vt nullam in conscientijs pacem aut requiem habere queant, me in cruce pendente, & aspiciant, credantque me pro salute hominum atroci morte confectum, atque pretioso sanguine, & dolent, conteratur, & confiteantur eorum peccata delicturum. Hoc qui credunt, & Deo pro collatis beneficiis agunt, hi non possunt damnari, modò in charitate, vita terminum finiant: sed consecrati sunt diuinæ gratiæ, & peccatorum, iustitiam animarum, & suis tandem meritum vitam promerentur æternam, Amen. { Hæc historia habetur Numeri 21. Cum cæpisset populum itineris tædium atque laboris, locutus est contra Dominum & Moysen. Quare Dominus iratus, immisit in populum ignitos serpentes. Ad quorum plagas multi venerunt ad Moysen, dicentes, Peccauimus: Tu ora Dominum vt tollat a nobis hanc plagam. Et orauit Moyses pro populo. Et ait illi Dominus, Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet. Et fecit Moyses serpentem æneum, & suspensum in ligno: quem cum percussus aspicerent, sanabantur. }

Proponit Ecclesia præsens Euangelium hoc festo cantandum, quia nullum est sacramentum, quod nitidius mysterium exprimat, quam baptismatis sacramentum. Quod cum Christus suscepit, tres personæ Trinitatis se mundo ostenderunt, Pater per vocem, Spiritus sanctus per columbam, Filius per susceptionem sacramenti. Virtute nos in charitate viuentes, vitam speramus æternam, Amen.


DOMINICA PRIMA POST
TRINITATIS.

Euangelium Lucæ xvj.

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis & turbis Iudæorum, Homo quidam erat diues & induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahamæ. Mortuus est autem & diues: & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abrahamà à longe, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit, Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham, Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. & in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire. Et ait, Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei. habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham, Habent Moysen & prophetas: audiant illos. At ille dixit, Non pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi, Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Q *Hoc*

Hoc Evangelium loquitur de duobus hominibus, diuite & mendico, & indicat tria,



APPENDIX.

Nihil est in hoc diuite quod possit ei patrocinari. Omnia enim argumenta defensionis hic diluuntur omnesque viæ præcluduntur: ita ut nihil profus sit reliqui quod possit diues in excusationem adducere. Nam si dixerit,

Tanta fuit mendicorum multitudo, ut nemo potuerit omnibus auxiliari:
 Non noui eum:
 Accepisset fortassis stipem, si non aliud se recepisset:
 Non adeo ægrotus fuit, potuisset operando manibus victum querere:
 Non magna premebatur fame:

Euangelistæ,

Erat quidam mendicus: non multi.
 Lazarus, vel Eleazar.
 Iacebat ad ianuam eius.
 Erat viceribus plenus.
 Cupiebat satiari de micis cadentibus de mensa diuitis.

Sic omnes purgandi rationes tollit Euangelista, diuitemque facinorosum conuictum, damnat ut hominem impium, & ab omni humanitate alienissimum.

Docemur hinc, in die iudicij malos tanta æquitate iudicandos, ut vel minime defensionem non sit locus futurus.

DOMINICA II. POST
TRINITATIS.

Euangelium Lucae xiiij.

In illo tempore dixit IESVS discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam fecit cenam magnam: & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cenae dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei, Villam emi: & necesse habeo exire & videre illam. rogo te habe me excusatum. Et alter dixit, Iuga bouum emi quinque: & eo probare illa. rogo te habe me excusatum. Et alius dixit, Vxorem duxi: & ideo non possum venire. Et reuersus seruus, nuntiauit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo, Exi citò in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles & caecos & claudos introduc huc. Et ait seruus, Domine, factum est vt imperasti: & adhuc locus est. Et ait dominus seruo, Exi in vias & sepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cenam meam.


Hæc

Hæc parabola Evangelica complectitur tria,


I. Ineffabilem bonitatem Dei patris, qui vult omnes homines fieri saluos. 1. Tim. 2. Propterea apparuit cœnam magnam, & vocavit multos, præsertim Iudæos, quibus in primis data est promissio benedicti seminis. Vnde sunt consideranda,

1. Quis sit paterfamilias ille qui apparuit cenam: nempe Deus pater æternus, qui in hac cœna apponit nobis dilectum filium suum Iesum Christum: in cuius vera cognitione & amore consistit nostra beatitudo, dicitur ipse Iohan. 17. Hæc est vita æterna &c. & Iohan. 6. Ego sum panis viuus &c. In hoc Iesu Christo, & per hunc donauit pater æternus nobis iustitiam, gratiam, remissionem peccatorum & vitam æternam: qui saluberrimi sunt animarum cibi.
2. Quæ sit illa cœna: nempe beatitudo æterna, ad quam vocati sunt omnes quibus est Euangelium prædicatum, & vocantur modò, vocabunturque perpetuò: iuxta illud præceptum Christi, Euntes in mundum vniuersum: prædicate Euangelium omni creaturæ. Marci ultimo.
3. Quare vocetur cœna magna, quia magnus ille paterfamilias, qui illam parat. Iuxta illud David. Psal. 144. Magnus Dominus, & magnitudinis eius non est finis. & iterum Psal. 94. Quoniam Deus magnus Dominus, & Psal. 88. Magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt, & rex magnus super omnes deos. Atque etiam propter cibum quem proponit, nempe cibum euangelicum, sacramenta, Christum ipsum, qui in Eucharistia (iuxta illud Iohan. 6. Ego sum panis viuus) omnibus accedentibus sacram ac celestem istam cœnam accipiuntur: cuius virtute liberantur à potestate diaboli, mundi, carnis atque inferni, & omni virtutum abundantia perfunduntur: idque non ad horam, vel diem, vel annum, sed æternam. Vnde dicitur cœna magna, quia æternum durat. Non habet finem sicut cœna mundanæ. Iohan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo cœna saluentis in vitam æternam.
4. Quæ hora cœnæ sit prælituta, finis scilicet Iesu saluator mundi passurus atque moriturus erat. Eo enim tempore misit Deus [Matth. 3. & 4.] Iohannem Baptistam clamantem & dicentem, Penitentiam agite, appropinquat enim regnum celorum. Ita & Christus atque eius Apostoli prædicabant. Est etiam hora cœnæ modò, spatium vite vniuscuiusque, qui prædicantem & contemnente audit docentem euangelium, doctrinam catholicam: quæ nos de ijs instruit quæ nobis dabuntur in illa cœna, quomodo nos oporteat ad illam accedere, & media, quæ conditiones sint necessariae. Mittit & modò paterfamilias seruum, qui multos inuitat ad cœnam.
5. Quæ eatur ad cœnam illam æternam, præsertim Catholicam, ea est ecclesia Romana Pontificia. Ad hanc nos vocant catholici concionatores. Ad cœnam diaboli vocant Lutherani suos sequaces.

II. Ingratitudinem Iudæorum. Vocati enim ad cœnam venire volebant, sed excusabant se.



III. Vocationem gentiũ. Cùm enim Iudæi ad hanc cœnam venire nolent,



Pronuntiat Christus, Dico vobis, inquit, quòd nemo illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Hæc est sententia quam Christus pronuntiat in omnes contemptores ecclesie sacramentorum, doctrinæ catholicæ, Pontificis Romani: sicut olim eandem contra Iudæos iustissimè pronuntiauit. Hanc experientur omnes heretici nostri seculi, vt qui insigni contumelia ecclesiam & eius caput Romanum Pontificem, quin & ipsum Christum afficiant. Qui verò ad hanc sacrosanctam cœnam accesserint, atque exinde & charitate opera produxerint: non solum in hoc seculo gratiam diuinamq; benedictionem, verum etiam in futuro gloriam æternam sunt consecuturi. Amen.

DOMINICA III. POST
TRINITATIS.

Euangelium Lucae xv.

IN illo tempore, Erant appropinquantibus ei publicani & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant Pharisei & Scribae, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens, Quis ex vobis homo qui habet centum oves: & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanovem in deserto, & vadit ad illam quae perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quae perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonagintanovem iustis qui non indigent poenitentia. Aut quae mulier habens drachmas decem: si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quaerit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenit, conuocat amicas & vicinas, dicens, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita, dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente.

S

Hoc

Hoc Euangelio Evangelista facit tria,

I. Ostendit ineffabilem Christi misericordiam, qui publicanos & peccatores ad se appropinquantes ut illum audirent, tam benigne & clementer suscepit. Huius inceptiois causae erant, quod

1. Venerat peccatores saluos facere, & male habentes curare, Matth. 9. Luc. 19. 1. Tim. 1.
2. Agnoscent se peccatores, & Christum mundi saluatorem.
3. Cupiunt a peccatis liberari, & gratia Spiritus sancti repleri.
4. Esuriunt & sitiunt iustitiam, & diligenter audiunt verbum Dei, non tantum ut credant, verum etiam ut serio obediant. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.
5. Accedunt ad medicum aegroti, ut sanitatem consequantur.

Sunt autem peccatores ordinis

- Primi, qui profuso impij in profundo vitiorum iacent, Deum & homines contemnentes. Cum his Christus nihil habet commercij. Proverb. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.
- Secundi, qui foris fucata sanctimonia laborant, sed intus sunt pleni hypocrisis & iniquitate. Matth. 23. Vae vobis scribae & pharisei hypocrite, quia similes estis sepulchris dealbatis, &c. Cum his fuit multum negotij prophetis, Christo, Apostolis, & nunc omnibus catholicis concionatoribus.

Hos, nisi meliorem mentem induant, Christus non suscipit, nec audit: sed negligit, adeo ut in suis iniquitatibus moriantur. Iob 13. Non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita.

Tertij, qui peccata sua confitentur, dolent, ponitent, & eorum remissionem a Christo tunc, vel modo ab ipsius vicarijs petunt. Tales fuerunt Zachaeus, Luc. 19. Matthaeus, ca. 9. Magdarena, Luc. 7. Publicanus, Luc. 18.

Hos Christus curat, suscipit, sanat, mundat, sibi suoque aeterno patri reconciliat. Venit enim peccatores vocare ad poenitentiam. Luc. 5.

II. Indicat murmurationem Iudaeorum, Pharisaeorum & scribarum, qui tam venosi & pestilentes homines fuerunt. Quia non tantum

Christo aduersabantur, sed inuidebant quoque salutem peccatorum. Quia hic peccatores recipit.

Non poterant ferre quod peccatores se Christo adiungerent, sed nolabant ut ab ipso susciperentur, neque ut ipse cum illorum turba associaretur, iudicantes quod ipse esset peruersurus. Quare aiebant, Iohan. 9. Nostis hic homo peccator est. Et 7. Seducit turbas.

Non dignabantur cum honore prophetae: sed vocabant eum voracem, vini potatorem, amicum publicanorum & peccatorum, Matth. 11. iudicatis enim consociatorum societate: quod iudicium aliquado fallit. Non enim omnes sunt aegroti qui aegrotos versantur, nec omnes mali qui inter malos versantur. Noe enim vir iustus atque pius, Gen. 6. Ite Iob, ibid. 19.

In hoc bifariam peccabant.

1. Quia diuina opera non intelligentes, arguunt, reprehendunt & sinistrae interpretantur facta illa, quae laudare atque extollere magis debuerant. Matth. 7. Nolite, inquit Christus, iudicare, & non iudicabimini.
2. Quia peruersitate animi dolent de peccatorum conuersione, & aegrotantium curatione: praeterea quae in bonam partem accipi poterant, in malam interpretantur.

III. Recenset duas parabolas, quarum euidentibus argumentis ora Pharisaeorum obstruit, & proprijs ipsorum factis atque exemplis conuincit.

Prior Parabolae est: Posterior

Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si perdidit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quae perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenit eam &c.

Quae mulier habens drachmas decem: si perdidit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, quaeritque diligenter, donec inueniat? & cum inuenit, conuocat amicas & vicinas, dicens, Congratulamini mihi &c.

His parabolis docet Christus qualis erga nos habeat animum. Summus enim

Perdita Nam sicut

Fidelis pastor quem errantem & a via defluentem quaerit, & inuentam in humeros ponit, & ad ouile cum gaudio reducit:

Diligens mater familias drachmam perditam quaerens, domum scopis verrit, & lucernam accendit, & inuentam cum gaudio reportat:

Sic Deus

Qui verus est pastor noster, iuxta illud Ioha. 10. Ego sum pastor bonus, nos qui eius oves sumus (iuxta illud Dauid, Psal. 94. Nos autem populus eius & oves pastus eius. Ite Isa. 53) vocat, quaerit, insequitur, & humeris impositos ad diuinas caulas reducit. Ita reduxit Adamum perditum, Manassem, 2. Para. 33. Dauidem, 2. Reg. 12. Zachaeum, Luc. 19. Matthaeum, ca. 9. Latronem, Luc. 23. Paulum, act. 9. Magdalenam, Luc. 7. Atque eodem modo & nunc omnes nos quaerit & vocat, ac suos humeros nobis offert. Cuius exemplo eadem operam in proximis nostris perditis ad bonam mentem reducendis prestare debemus. Vnicuique, ait Ecclesiasticus cap. 17. mandauit Deus de proximo suo.

Accendit lucernam diuini verbi: & hanc primum posuit in synagoga, quando in monte Synai dedit legem, Exod. 19. Accendit lucernam alteram multo splendidiorē & excellentiorē, Euangelium scilicet, quod non illustrat neque splendet nisi in ecclesia catholica, quae est Romana. Hac luce illustrat ecclesia animas, occulta manifestat, conscientiam scrutatur, ut drachmam perditam quaerat. Euertit domum conscientiae nostrae scopis tribulationum afflictionumque. Repertas oves humeris impositas ad ouile caeleste reportat: vbi molliter in eius sinu requiescemus, tuti a fatane & infernaliu luporum moribus, nec non a reliquijs in ferni, mortis, carnis, peccati, mundi, doloribus & periculis immunes: vbi tandem cum angelis & caelestibus illis spiritibus in aeternum gaudebimus. Amen.

Ad hoc Christus venit in mundum, ut dispersos in vnum congregaret. Iohan. 11.

Agnoscamus nos oves perditas, ut nos Christus quaerat: ut autem ipse nos quaerat ipsum regnum. Ita Dauid Psal. 118. Erravi sicut ovis quae perijt, &c. Isa. 53. Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam. Ezech. 34. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuersis excelso: & super omnem faciem terrae dispersi sunt greges mei, &c.

DOMINICA IIII. POST
TRINITATIS.

Euangelium Lucae vj.

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare: & nō iudicabimini. nolite condemnare, & non cōdemnabimini. Dimittite, & dimittimini. Date, & dabitur vobis. mensuram bonam & confertam & coagitatā & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mēsi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinē,
Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nōne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eijce primūm trabem de oculo tuo: & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

Euang.

Euangelium hoc complectitur tria,

I. Praeceptum de misericordia in proximum exercenda, quod diuino exemplo confirmat.

Exemplum } est, } Praeceptum

Estote misericordes } Sicut pater vester } Solem suum facit oriri super bonos & malos. } Pluit super iustos & iniustos. } Si enim sol nec illucesceret, nec calore suo terram foueret, omnia frigiditate consumpta marcescerent atque perirent. } Si pluuia terram non humectaret, exarescerent omnia, nec iumentis pabula, nec hominibus instrumenta crescerent. } Sic } Per } Confert Deus } Siccitatem, calorem, motu atque vitam. } Humiditate, frigiditatem, succum & incrementum terrae. } Arbores, Plantas, Herbas, Frondes, Vineas, Gramina, Fruges, } Ac tandem omnia quae non solum hominibus, sed etiam brutis animalibus sunt necessaria: quin & ipsos homines.

II. In quo consistat misericordia quam erga proximum exercere debemus: nempe in

Non iudicando, } Non condemnando, } Cum ait, } Nolite iudicare, & non iudicabimini. } Nolite condemnare, & non condemnabimini. } Anabaptistarum hic caecitas est fermentum, ne massam catholicam doctrinae corrumpat. Hic non prohibetur magistratibus, concionatoribus, parentibus, magistris, ne maleficia hominum iudicent atque condemnent. Nam Christus ipse instituit magistratu, deditque iudicandi potestatem. Cui etiam dixit, Recte iudicate filij hominum. Intrauit Christus priuatos homines, & quid ipsos oporteat facere, quid ipsis liceat & quid non, aperte tradit.

Remittendo, cum ait, Dimittite, & dimittetur vobis. His verbis Christus vult, } Vt si quicumque sit quod iudicio sit subiectum, unde iudicari potest, atque condemnari possimus: non solum ipsos non iudicemus atque condemnemus, verum etiam alacri atque prompto animo quicquid tale in nos commiserit, remittamus, siue verbis siue operibus nos offenderit. Praeceptum hoc de remittendis offensis amplissima & laetissima promissione Christus, ut solet, exornat: ut si graue sit vobis illud imperiosum, Remitte, id est, siue, si ualeat, nimirumque dulce fiat, considerata beneque perpensa magnitudine illius diuinae promissionis, scilicet, Et remittetur vobis, quae tunc est subleuatur. Ablegat nos ad orationem dominicam, in qua orantes dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos &c. Quasi dicat, Si vis remissionem omnium peccatorum seu debitorum a Deo obtinere, in te situm est: remitte proximis debita, id est peccata, & remittentur tibi tua. Remitte homo & remittet Deus, remitte tempora, remittentur tibi aeterna. O verbum incredibile misericordiae, consolatione, & suauitate exuberans, Remitte, & remittetur tibi. Matth. 6.

Dando: Date, inquit, & dabitur vobis. Mensuram bonam, confertam & coactam & superfluentem dabunt in sinum vestrum. } Hoc praecipit Christus, quo pacto oporteat nos remittere. Eliguntur ita remittendum, ut sedem ipsius odij aut indignationis, quae in corde locum tenet, inde prorsus exturbemus, ac deiciamus. Adeo ut e corde penitus inuisus aut amarus non remaneat macula repellatur. Quod tum factum sperabimus, quando remissa culpa proximi, si inopia ipsum premi contingat, nos (modo per facultates liceat) nostris opibus ipsius miseriam subleuemus. Idcirco Christus praecipit, Date. Et ne, quod accidere solet, putemus hoc nobis decellurum quod proximis elargimur, subiecit promissionem locupletissimam omni venientia, scilicet, Et dabitur vobis. } Et ne existimemus dona quae nobis promittuntur, futurae conditionis atque illa quae nos in nostris proximis conferimus: subiungit Christus, Mensuram bonam, non malam: conferatam, non vacuum: coactam & superfluentem dabunt vobis. Pater Filius & Spiritus sanctus. Das tu homo temporalia? dabunt Pater Filius & Spiritus sanctus diuina: das caduca? accipies aeterna.

Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. } Haec est conclusio concionis Christi. } 1. Est phrasia hebraica, qua Christus Iudaeos tunc temporis aduertit, & modo nos admonet illius tremendi iudicij: ut sciamus actiones nostras non ab homine, sed a Deo examinandas. Sopho. 1. } 2. Docet futuram retributionem illis operibus, quae in hac vita proximis contulerimus: & hoc nobis promittit, suoque diuino & infallibili verbo confirmat se habere rationem bonorum nostrorum operum. } Vt alacriores & promptiores simus elemosynis largiendis, } Matth. 25. Venite benedicti patris mei, &c. } 3. Docet etiam his verbis, in die iudicij iustitiam & misericordiam in nostris animabus iudicandis adfuturas: } Iustitiam, } Vt de mercede praemij Christi verbo confirmati non dubitemus, } 4. Docet tantum misericordiae vnumquemque fidelium a Deo in die iudicij consequiturum, quantum adhuc viuens ipse proximis ex charitate impartitus fuerit. 1. Cor. 3. Vnusquisque secundum suum laborem mercedem accipiet. Matth. 5. Beati misericordes, &c. } Speremus iustos sine praemio non futuros. } Quicquid sit imperfectionis, sua misericordia suppleat.

III. Arguit temeritatem eorum qui alios iudicant & condemnant, sed ad sua vitia cecutiunt. Quid inquit, vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem que in oculo tuo est, non consideras?

Trabem } Vocat Christus } Festucam } Hypocrisim, philautiam, & talia grauissima quaeque peccata. } Pharisaei in } Discipulis } Christo } Damnabant quod } Benefaceret hominibus in sabbato. Iohan. 9. } Illotis manibus cibum caperent. Matth. 15. } In monachis & clericis contra dicunt esse sancta: in reliqua autem plebe dicunt esse contractum qui nihil habeat sanctitatis, nec dicenda nec esse sacramenta. } Dei praeccepta contemnant, & similia ad salutem temere affirmant. } Consilia de votis abrogant, & ut impia rejiciunt. } Resistunt veritati, quam ecclesia catholica Romana ab ipsis Apostolis ad nostra usque tempora retinuit. Reijciunt magistratus, docent omnem dissolutionem, permittunt omnia quae carni, mundo diaboloque deseruiunt. } Negant fornicationem esse peccatum. } Sunt pleni superbia, ambitione, ira, calumnijs. } Perturbant rempublicam. } Charitatem inuilem praedocent, fidem iactant, sed virtutem eius abnegant. } Et cum sint pleni scelerebus, tamen sibi conuientes, suisque obliui, peccata Pontificis Romani, Cardinalium, Episcoporum, monachorum, proclamant. Idque ut populares animos sibi concilient, & odio atque inuidia ecclesiastici ordinem apud reliquam multitudinem grauent. His dicit Christus, Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.

Dicebat autem & illis similitudinem, Nunquid potest caecus caecum ducere? nonne ambo in foueam cadent? } His verbis denotat } Iudaeos } esse } Caecos, qui inuicem se, nisi Christus adit, ad patrem ducere minime poterunt. Iohan. 14. } Nemo venit ad patrem nisi per me. } Ita eodem modo nos docet, quod si peccatorem iudicet, idem esse atque si caecus caecum dirigere velit, aut si discipulus magistrum docere praesumat. } Doctrina huius Euangelij est, Nemini licere alteri priuata sententia iudicare. Iuxta illud Pauli, Nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat Dominus. 1. Cor. 4.

DOMINICA V. POST
TRINITATIS.

Euangelium Lucae v.

FActum est autē: cū turbæ irruerent in eum vt ^{Matth. 4. c}
audirent verbū Dei, & ipse stabat secus stagnum ^{Marc. 1. b}
Genezareth. Et vidit duas naues stantes secus sta-
gnum: pisces autem descēderant, & lauabāt re-
tia. Ascendens autem in vnam nauim quæ erat Si-
mōnis, rogauit eum à terra reducere puillum. Et se-
dens, docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem
loqui, dixit ad Simōnem, Duc in altum, & laxate re-
tia vestra in capturā. Et respondens Simon, dixit illi,
Præceptor, per totā noctē laborantes nihil cepimus:
in verbo autem tuo laxabo rete. Et cū hoc fecissent,
concluserunt piscium multitudinē copiosam. rum-
pebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs qui
erāt in alia naui vt venirent & adiuuaret eos. Et ve-
nerunt & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt penè
mergerentur. Quod cū videret Simon Petrus,
prócidit ad genua **I E S V**, dicens, Exi à me, quia ho-
mo peccator sum Domine. Stupor enim circunde-
derat eum & omnes qui cum illo erant, in captura
piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum
& Iohannem filios Zebedæi, qui erant socij Simō-
nis. Et ait ad Simōnem **I E S V S**, Noli timere: ex hoc
iam homines eris capiens. Et subductis ad terram
nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

V *Hoc*

Hoc Euangelium completitur tria,

I. Maximam

Christi in prædicando diligentiam atq; fidelitatem.
Plebis in audiendo Dei verbo attentionem.

Stabat enim

Christus iuxta stagnum Genesareth, & cum vidisset duas naues, ingressus nauē que erat Petri, sedens docebat turbas.
Turba ad litus maris audiens verbum Dei.

Hinc sument exemplum

Concionatores.
Auditores.

Sicut enim

Christus varijs modis nobis ob oculos ponitur, ambulans, stans, sedens, mari & terra peregrinans, peragrans Iudæam, Galilæam & fines gentium, prædicans in synagogis, plateis, desertis, & montibus: Populus Christum prædicantem sequebatur in synagogas, montes, desertum, & ad mare:

Sic

Prædicatores nihil intermittere debent, quod ad boni pastoris officium pertinet, etiā si vnicū habeant auditorem, vel Nicodemum vel Mariam. Iohan. 3. Luc. 10.
Christiani sitienter verbum Dei audire debent: nā hæc duo coherent, docere & audire. Sicut enim prædicatorum est docere, & catholicæ, & sincere influiture: sic auditorū est diligēter, attēte ac reuerenter audire, fanāq; doctrinā animis infigere.

II. Dialogium Christi & Petri.

Abfoluta concione, dixit Christus Simoni, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.
Simon Petrus respondet, Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.
Concluserunt piscium multitudinem copiosam, ita vt rumpereur rete.
Annuerunt socijs qui erant in altera naui, vt venirent & adiuaarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt penē mergerentur.
Simon hoc miraculo territus, procidit ad genua Iesu, dicens, Discede à me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum.
Christus ait, Noli timere, posthac homines capies.
Et subductis in terram nauibus, & relictis omnibus, sequuti sunt Dominum.

Hæc historia docet,

1. Omnes hominum conatus, consilia, & rerum gerendarum actiones, fluxas atque inutiles futuras, nisi exordium ex Dei virtute traxerit. Psal. 126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui &c.
2. Christum non modò Dominum esse cali & terræ, sed etiam maris. Quemadmodum enim Deus populo Israëlítico tantam coturnicum multitudinem miserat, vt cooperita fuerint castra, Exod. 16. sic tantam hic piscium multitudinem accepim dedit, vt ambas impleuerint naues.
3. Cognoscamus vnde studiorum nostrarum successus, prouentus, & incrementum proficiat, nempe ex obedientia præceptorum Dei. Qui audiuerit verbum Dei, & ei obdierit, hic faciat nihil sibi deturum quod corpori vel animo possit prodesse: si modò vt amur nobis à Deo constitutis, que sunt laborare, operari, & sperare. Quemadmodum hic Christus ait, Duc in altum, & laxate retia vestra &c. Que verba omnis generis hominibus dicta sunt.
Episcopis, pastoribus, concionatoribus dicit, Populum diligenter in sana & catholica doctrina instituite, sacramenta iuxta institutum Christi, quod ecclesia Romana tenet, ipsi administrate.
Magistratibus dicit, Ecclesiam & doctrinam catholicam non tantum honorate, verum ab impiorum hæreticorum, schismaticorum iniurijs & insultibus defendite, viduas & pupillos protegite, malos afficite iustis supplicijs, pijs ac iustis patrocinamini, pacem complectimini, & in omnibus iustitiam diligenter obseruate.
Christianis, Doctrinis varijs & peregrinis nolite intendere. Obtemperate magistratui primum sacro, deinde prophano. Quod vobis fieri non vultus, alteri ne feceritis.
Parentibus ait, Erudite filios & familiam ad pietatem & gloriam Dei, & ecclesie catholice Romane & proximi vtilitatem.
Liberis, Estote obedientes, fideles, veraces, mala consortia fugite.
Breuiter omnibus dicit, Facite officium vestrum, & mei non obliuiscamini. Obtemperate verbo meo, & omnia, si saluti animarum sit vtile, feliciter vobis cedent: sicut in discipulis hodie factum Euangelista docet.

III. Mysterium.

Piscatura, est prædicandi ministerium. Ierem. 16.
Verriculum siue rete, est verbum Dei. Matth. 13.
Piscatores, fuerunt Apostoli, & sunt modò concionatores. Matth. 4. Faciam vos piscatores hominum.
Mare, est mundus.
Pisces, sunt auditores verbi Dei. Felices qui se capi sinunt, infelices qui fundens perennis, & sese in limo occultant, nec diuino illo verbi Dei verriculo se capi sinunt.
Nox, incredulitatem, impietatem, infidelitatem & peccatum significat. Dauid Psal. 124. In tenebris ambulans, &c. Paul. ad Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, &c. Nox præcessit &c. Rom. 13.
Dies, fidem in Christum, verbum Dei, & Euangelij prædicationem, quam Romana ecclesia prædicat, significat. Cum in hac piscatione, hoc est, euangelij prædicatione, Christus (qui mentium tenebras ac noctem expellit, & diem diuinæ suæ lucis inducat) non adiuerit, nihil capitur. Vt credo ex obedientia & præcepto Christi laxauerim retia prædicationis, tunc pretiosissimis capturis retia replebuntur. Sic in die Pentecostes Petrus vna piscatione in nomine Domini nostri Iesu Christi, cepit animas circiter ter mille. Act. 2. & diuus Paulus totam Asiam.
Ruptura retis, significat schismata, hæreses, impios errores, ac pestiferas sectas, quibusdam concordia profcinditur. Sic Pseudoapostoli ruperunt rete Euangelicum in primitiua ecclesia, docentes circuncisionem necessariam Christianis, Act. 15. Deinde plusquam sexcenta genera hæreticæ ecclesie catholice rete dilacerarunt. Sed nostra tempestate hæretici quâ plurimi miserimè doctrinæ Euangelicæ rete magna animarum iactura, ruperunt ac rumpunt. Eiusmodi pisces non pertinent ad Deum, sed ad satanæ culinam. Dominus conferuet suam Ecclesiam catholicam. Amen.

DOMINICA VI. POST
TRINITATIS.


Euangelium Matthæi ٧.

*Exod. 29. c
Deut. 5. b*

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Amen amen dico vobis, nisi abundauerit iusti-
tia vestra plus quàm scribarum & pharisæorum,
non intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia
dictum est antiquis, Non occides. qui autem oc-
ciderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis,
quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudi-
cio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit
concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit ge-
hennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad alta-
re, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet
aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum
ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: &
tunc veniens offeres munus tuum.

Hoc

Hoc Euangelium completitur tria,



DOMINICA VII. POST
TRINITATIS.

Euangelium Marci viij.

IN diebus illis iterum cū turba multa esset, *Matth. 15. d*
nec haberent quod manducarent: conuocatis discipulis, ait illis, Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducant: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui, Vnde illos quis poterit hinc saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit: & dabat discipulis suis ut apponerent, & apposerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt & saturati sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos.

Y *Hoc*

Hoc Euangelium complectitur tria,

I. Clementiam & bonitatem Christi, qua re- luctet ex dialogismo que Christus habuit cum discipulis.

Christus ait, Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducet, & si &c. Videbat numerosum populum sequentem, non solum corporis alimenta, sed etiam anime cibum, hoc est, verbum Dei esurire. Dolebat populum non aliter atque dispersas oves non habentes pastorem, oberrare.

Habebant quidem multos Pontifices, Sacerdotes, Levitas, Phariseos, Sadduceos, Scribas.

Sed quia lucro nimidi erant intenti, doctrinam legis & prophetarum, cultusque diuini oblitisciebantur.

Idcirco Christus, qui verus erat pontifex, verus sacerdos, verus leuita, verus scriba, verus pater ac Dominus, quod illi dispersebant colligit, quos illi esurire sinebant pascat, quos in perditionem ire sinebant saluat. Vtina & inter catholicos tales non inueniantur Episcopi, pastores & sacerdotes, qui etiam videant populum esurientem doctrinam sanam, catholicam, Apostolicam, non tamen curent, nec vlla miseratione tangantur, quos profecto horrendum illud extremi diei manet iudicium.

Hi deberent Christum imitari, ac dicere, Misereor super turbam quam Christus mihi commisit.

Discipuli respondent, Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Incrudulitatem suam produunt. Nam si

Discipulum Macchum

Ad manum habuissent, in maiorem spem fuissent erecti. Nunc autem omnino desperant populum satiari posse, cum nihil sit vnde venter expleri queat.

Christus interrogat discipulos suos, Quot panes habetis? Non quarebat: neque enim nesciret, sed ut miraculum quod editurus erat, eo manifestius redderetur, omnibusque conspicuum esset. Discipuli respondent, Septem. Et precepit turbam discumbere super terram.

II. Potentiam Christi.

Panibus acceptis, gratias egit Deo patri, Dedit discipulis suis, ut apponerent turbis: & apposuerunt. Iussit & pisculos apponi.

Comederunt & saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas.

Et erant qui comederant, frumenta, Vina, Lana & strame, In Vestitum, Vsum ignis.

Ut vera sit sententia illa Genesios, quod omnia propter hominem sunt facta. Gen. 1. Nam in

Vere aperit terram, & facit apparere flores: Cerasa, Pruna, Frumentum, Triticum, Hordeum, &c. Aestate profert ex terra. Autumnus profert mala, pyra, nucis. Hyeme quisque sua bona disponit, triturat, matiat: defecet vina, ac reliqua preparat.

III. Vsum huius miraculi, nempe ut

Credamus firmiter Christum esse panem viuum qui de caelo descendit: & dum ipsum sequimur, Deum nostri curam gerere, si modo primum queramus regnum Dei & iustitiam eius. Nam hoc vult Deus, ut Christianus

Deum suppliciter oret, Verbum eius libenter audiat, eique credat & obediat, Rebus sacris, ubi Christi peraguntur mysteria, sedulo interfit, Deum laudet atque glorificet, Laboribus intentus officium suum agat, Accumbens mensae, quod Dominus dederit cum gratiarum actione sumat.

Hic ponamus ob oculos promissiones Dei quae in scripturis habentur:

Inquirentes Dominum non minuentur omnino. Psal. 33. Non est inopia timentibus Dominum. Ibid. Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Psal. 36. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, &c. Psal. 54.

Harum promissionum veritatem confirmat creatio omnium animalium in seruitutem & in usum hominis. Eandem etiam confirmat hodierni Euangelij miraculum.

Diligamus proximum quemadmodum Christus nos dilexit. Ne repariamur immites & ingrati, cum vniuersae creaturae nos in extremo iudicio sint accusaturae: cum dicitur est

Ager, Fructus tibi protuli, & cibum suppeditaui. Vina, Vinum optimum tibi fudi in potum. Ovis, Vellera & lanas in vestitum dedi. Aer, Volucres tibi suppeditaui. Aqua, Pisces Terra, Aurum, argentum & cuncta quae videntur herbas, flores, frondes & fructus tibi protuli. Sol, Luna, Sidera, Per diem atque noctem tibi ministrant.

Tu autem ijs omnibus pessime abusus es ad ingluuiem, voluptatem, superbiam, auaritiam, &c. contempto proximo, neglectis miseris & egenis. Quod haec omnia in nostram condemnationem sint infurrectura scriptura testatur: Armauit omnem creaturam contra insensatos. Sap. 5.

Damnat immensam & insatiabilem cupiditatem illorum, qui tantum diuitijs consistere inhiant, ut non solum animarum suarum obliuiscantur, verum & ipsum Christum derelinquant & negent, tantum abest, ut ad desertum ipsum sequantur. Non abutamus Dei beneficijs, neque profundamus in turpitudinem: sed moderate utamur, ut semper in promptu sit vnde proximo benefacere possimus. Sed multi abutuntur, ut in mundo acciderent. Nam quibus Deus largiter benedixit, sunt nimis

Parci & immiseriores, Prodigii, turpiter omnia profunderent.

Pij vero de beneficijs acceptis Deo gratias agunt, Ipsius voluntatem faciunt, Verbum Dei a catholicis concionatoribus in catholica ecclesia, quae est Romana, diligenter audiunt. Proximi adiuant, & eius quantum possunt miserentur.

Hos Christus ita se sequentes suscipit, horum curam gerit, eorum pascat corpora, qui diligenter quam possunt student cibo vitae animam pasceri. Hi audituri sunt, Venite benedicti patris mei, &c. Matth. 25.


DOMINICA VIII. POST
TRINITATIS.

Euangelium Matthæi vij.

Luc. 6. f. g. **I**n illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad
vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem
sunt lupi rapaces. à fructibus eorum cognoscetis
eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de
tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bo-
nos facit: mala autem arbor malos fructus facit.
Matth. 3. c. Non potest arbor bona malos fructus facere: ne-
que arbor mala bonos fructus facere. Omnis ar-
bor quæ non facit fructum bonum excidetur, &
in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum
cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi,
Domine Domine, intrabit in regnum cælorum:
sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis
est, ipse intrabit in regnum cælorum.

Hoc

Hoc Euangelio Christus facit tria,



Aduerte quantum nostra interfit attendere & cauere à falsis prophetis, perijt Asia, perijt Græcia, perijt Africa. quare? quia verbum istud Christi neglexerunt, Attendite à falsis Prophetis.

DOMINICA IX. POST
TRINITATIS.

Euangelium Lucae xvi.

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Homo quidam erat diues qui habebat villicū:
& hic diffamatus est apud illū, quasi dissipasset
bona ipsius. Et vocauit illū, & ait illi, Quid hoc
audio de te? redde rationem villicationis tuæ:
iam enim non poteris villicare. Ait autē villicus
intra se, Quid faciam, quia dominus meus aufert
à me villicationem? fodere nō valeo, mendicare
erubescō. Scio quid faciam: vt cū amotus fuero à
villicatione, recipiant me in domos suas. Conuo-
catis itaque singulis debitoribus domini sui, di-
cebat primo, Quantum debes domino meo? At
ille dixit, Centum cados olei. Dixitque illi, Ac-
cipe cautionem tuam: & fede, citò scribe quin-
quaginta. Deinde alij dixit, Tu verò quātum de-
bes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Acci-
pe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit do-
minus villicum iniquitatis quia prudenter fecif-
set: quia filij huius seculi, prudentiores filijs lucis
in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, facite
vobis amicos de mammōna iniquitatis: vt cūm
defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

aa *In hoc*

In hoc Evangelio tria facit Christus,

I. Vocavit

II. Ab officio deposuit

III. Laudavit quod prudenter fecisset,

Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae. Sic nos quoque vocat Deus,

- 1 Internam inspirationem Spiritus sancti, qua vitam nostram incidunt cogitationes bonae de deo de poenitentia meditanda, de vita rectius vivenda.
- 2 Per Externam praedicationem verbi Dei, ut circumdant Deum peccata punire, rationem vitae honestaeque actionum habiturum, conuersos fugientesque ad tentibus condonare, &c.
- 3 Varias calamitates, afflictiones, morbos, infirmitatem, quibus nos ad poenitentiam vocat.

Cogitationibus, Sap. 1. Verbis, Matt. 12. Operibus, Eccles. 12. Bonis spiritualibus & corporalibus, Sensibus externis, & internis.

Iam enim non poteris villicare. Videbimus quid dispensator fecerit:

- 1. Ait intra se, Quid faciam, quia do minus me? auferat me villicatione?
- Augustinus felices eos vocat, qui dicunt in tempore & seruo, Quid faciam?
- 2. Conuocat singulos debitores domini sui, & dicit

Primo, Quatum debes domino meo? At ille dixit, Centum modios olei.

Alteri, Centum modios tritici.

Fodere non vult. Sicut quid faciam, ut cum amotus inuero a villicatione, recipiant fructum in domos suas. Quinquaginta. Octoginta.

Filij huius seculi, prudentiores filij lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c.

Mammona, sunt diuitiae collectae, quae pro quotidiana necessitate in iniqua cupiditate in auaritiam retinetur, quibus citra proprium incommodum pauperum egens adiuuari possit.

Mammona iniquitatis, dicuntur diuitiae, quod homines huiusmodi diuitijs recte abuti soleant. Hinc prouerbum, Omnis diues aut iniquus, aut iniquibus.

Qui fecerint sibi amicos, pauperes scilicet Christianos, de mammona iniquitatis, iusto Dei iudicio recipiuntur in diuina ac caelestia illa tabernacula Angelorum, Sanctorum, ac cunctarum virtutum caelestium. Sicut Lazari, Abraham, Lot, Tobias, Dauid, &c. Debemus enim pauperes

Christus mammona iniquitatis, Paulus cupiditate, quae est radix omnium malorum, 1. Tim. 6. Poetae Plutum, & irritamenta malorum. Bona enim opera in extremo iudicio non testabuntur tantum nostram fidem atque charitatem, verum etiam mortuis promerentur nobis vitam aeternam in mercedem & iustitiae stipendium. Vitis sicut mala desperatione bona spem & fiduciam vitae aeternae consequendae gignunt, & augmentum gratiae pariunt. Quae opera fecerint, etiam diuino ac iusto Dei iudicio in tabernacula aeterni recipiuntur.

Hae historia monet ut quisque in sua vocatione sic viuat, ut in iudicio extremo coram Deo consistere possit. non tantum conscientia salua, verum etiam bonorum operum praesidio munitus: ut ipsorum dignitate per sanguinem Christi, se recipiendi in diuina illa tabernacula fiduciam quamdam habere possit. 2. Timot. 4. Bonum certamen certati, &c. Posuit enim Deus nos dispensatores super triplicia bona: Mundi, ut sunt opes, domus, ager, praedia, armenta: Corporis, ut sunt robor, sanitas, &c. Animi, ut ratio, memoria, ingenium, &c.

Sunt etiam Episcopi & pastores, dispensatores mysteriorum Dei, sacramentorumque ecclesiae ac doctrinarum sacrarum. Sunt dispensatores omnes Christiani, fidei, charitatis, spei, & aliarum diuinarum virtutum. Quibus

Bene utimur, cum eis utimur ad laudem, honorem atque gloriam Dei: deinde ad consolationem, utilitatem ac subsidium proximi: postremo ad necessarios nostrae communitatis usus. Tunc dicit nobis paterfamilias illud quod pollicitus est Matth. 25. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.

Male utimur, cum existimamus omnia quae a Deo creata sunt, nempe frumenta, vina, pecudes, feras, pisces, aues ac reliqua vniuersa, ad libidinem nostram, ad comestationes, ad ebrietatem, & ad turpissimos abusus esse producta. Indeque causantur noxiosiores, non obseruandos dies, nec habendam rationem dierum, idque ex creatione eis esse permittum, ut omnia simul & semper sua libidini explenda apponant. Sed hoc docent haeretici, aliter Christus Catholicorum caput.

Male vitur diues, nobilis, mercator, cuius diuitijs quae Dei sunt dona, si laruis, alea, aut alijs modis turpioribus ipsas profundat. Audiet profecto tremendam illam vocem, Redde rationem villicationis tuae.

Abutuntur, quando indignis & immerentibus ipsa administrant: quando malos, famulos & impenitentes a sacratissimis illis rebus non arcant: quando non sincere annunciant verbum Dei.

Male vtuntur, quando non credunt Christo, nec eius ecclesiae, nec veritati catholicae: quando credunt illa quae non sunt credenda, aut amant illa quae non sunt amanda, aut sperant illa quae non sunt speranda.

His omnibus dicit Christus, Redde rationem villicationis tuae.

Huius Evangelij doctrina confirmantur quamplurima dogmata, 1. Mundum non futurum esse, sed temporalem: contra quosdam Philosophos. 2. Post hanc vitam futura tabernacula aeterna: contra atheos. 3. Iudicium futurum: contra Mauros ac Turcas. 4. Opera ex amicitia tantum fidem: contra Brentium haeticum. 5. Sanctos quos viuentes venerati sumus, pauperes quos iuimus, nobis fore atque esse in alia vita propitios, amicos atque fauorabiles. 6. Quae opera fecerint, etiam diuino ac iusto Dei iudicio in tabernacula aeterni recipiuntur.

DOMINICA X. POST
TRINITATIS.

Euangelium Lucae xix.

In illo tempore, Cum appropinquasset IESVS
Ierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam,
dicens, Quia si cognouisses & tu, & quidem in
hac die tua, quæ ad pacem tibi. nunc autem ab-
scoudita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in
te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & cir-
cundabunt te, & coangustabunt te vndiq; , & ad
terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt.
& non relinquent in te lapidem super lapidem:
eò quòd non cognoueris tempus visitationis
tuæ. Et ingressus in templum cœpit eijcere ven-
dentes in illo. & ementes, dicens illis, Scriptum
est, Quia domus mea domus orationis est, Vos
autem fecistis illam speluncam latronum. Et
erat docens quotidie in templo.

Matt. 21. b

Marc. 11. b

Isa. 56. c

Ierem. 7. b

Hoc

Hoc Evangelium complectitur tria,

I. Commiserationem Christi super excidio Ierosolymitano:

II. Formam & modum excidij Ierosolymitani.

III. Causam excidij Ierosolymitani.

Dies Christianorum est in gloria in futura vita. Dies carnis, mundi, atque diaboli in hac vita. Qui diligit dies videre bonos, cognoscat suum diem: prohibeat linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolu: declinet a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam. Psa. 33.

Si cognovisset & tu, &c. Legitur autem Christus ter fuisse: 1. Resuscitatione Lazari, Iohan. 11. 2. In Ingressu Ierosolymitano, die Palmaru, Luc. 19. 3. Cruce, Heb. 5. Propter Deuastationem Ierusalem. Ingratitudinem hominum. Prophetæ olim futuras calamitates prædicaturi, solent non nuda tantum verbis, sed etiam externis signis, & gestibus gravitatem futurarum calamitatum exprimere. Sic

Flet Christus ob nimium nostrum risum, flet vt vel sic nos doceat quam immensam nos puniat, fletq; quia tunc videbat Ierosolymitanos ridentes ac lætantes cum malefaciebant, & exultantes in rebus pessimis, Pro. 2. Laudabatur peccator in desiderijs suis, & iniquus benedicebatur. Psa. 9. Fiebat Christus eorum fletum cœlestigio subsecuturum. Ideo dicebat illis, Lucae 6. Vobis qui nunc rideamus, vt abstergat ipse lachrymas ab oculis nostris. Apoca. 21.

Christus flets prædicat ruinam Ierosolymitanam, vt vel illa ratione Ierosolymitanos ad penitentiam emolliat, & ad suam salutem procurandam excitet. Iffaias ambulabat nudus & sine calceis, cum Assyriorum captiuitatem prædixit. Iffai. 20. Ieremias ambulabat in iuncta collo cathena, cum prædiceret calamitatem Babylonicam. Ierem. 27. Ionas nudus, sicut piscis ipsum euomerat, Niniuitis ipsorum excidium prædixit. Ion. 3. Ezechiel fumpit laterem, & descripsit in eo ciuitatem Ierusalem, & ordinauit aduersus eam obsidionem. Ezech. 4. Nuditas Iffai, cathena Ieremie, later Ezechielis, signa erant confirmantia sermone prophetarum.

Videns enim Iesus ciuitatem fleuit super illam, dicens,

Veniens dies in te, & inimici tui

Circundabunt te vallo. Circundabunt te: & coangustabunt te vndiq;. Ad terram prostement te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem.

Est Terribilissimum Extrema omnium fortuna

Hostes irruptionem faciunt, & ab omni parte recedunt. Civitas circumitur obsidione, & vltro angitur. Expugnetur, & incolæ omnes trahantur. Muri, turres & structuræ omnes circumant, & solo aquantur. Per universum mundum dispergentur in honorem, nec quiete nec vlti speculatione inuenire.

Hic quaritur,

- 1. Quis deuastationem illam Ierusalem memoriæ prodiderit. nempe Iosephus lib. 7. belli Iudaici: item Hegeffippus, & Eusebius Cæsariensis. 2. Vnde bellum illud traxerit exordium. nempe à Floro Iudæorum procuratore, insatiabilis avaritiæ atque tyrannidis homine, qui seditionis occasionem dedit, & arma sumenda contra Romanos iussit. 3. Num sacerdotes adhortati sint Iudæos ad pacem. Etiam. Sed nihil profecerunt, & id quidem Deo permittente. 4. Sub quo Cæsare fuerit deuastata Ierolyma. Sub Vespasiano, qui missis Tito filio suo, iussit vt omnibus vijs obsessis Ierusalem potenter oppugnaret, idque ipso Paschæ festo. 5. Quando expugnata fuerit Ierusalem. Octauo Septembris. 6. Quo modo expugnata. Tanta cædes ibi facta est, vt difficile sit dictu. Armati trucidabantur, superflites vendebantur, & per totum orbem dispergebantur. Ioseph. lib. 6. cap. 15. belli Iudaici.

His docemur, Deum solum punire ciuitates, regna, oppida, familias, quando publica peccata impunè in illis committuntur, omniumque suffragijs peccatores defenduntur. Sic Sodoma & Gomorrha igni consumpta, mundus diluuiò deletus, Ierusalem à Romanis truculenter excisa. Idem iudicium timeant omnes, si illo peccati genere Deum sibi infensum reddiderint.

Eò quòd non cognoueris temporis visitationis

Cognoscere, nihil aliud, quàm A peccando cessare, Veram penitentiam agere: sicut Zachæus & Publicanus, Lucae 18. & 19. Ecclesiæ Romanæ obedire. Non cognoscere, nihil aliud, quàm Contemnere verbu Dei, nec ipsi credere, nec obedire, i. Reg. 15. Peccando pergere, In peccatis obliuinate perdurare, Ecclesiâ, sacramenta, sacerdotiu, Christu ipsum, ac eius Apostolos, Episcopos scilicet, rejicere. Quod faciunt heretici, sicut olim pontifices, Pharisei, atq; Scribæ faciebant.

Deus enim ad agendam penitentiam

Annos plus quadraginta Iudæis concessit post Christi mortem: adeo tamen non respuerunt, vt obliuatiùs etiam in sua incredulitate & impenitentia perdurarent.

Dedit horribilia spectra, signa, prodigia, & portenta: vt vel illa ratione commouerentur ad penitentiam. Nam in

- Cælo Stella gladio similis imminabat ciuitati, Cometes ardere visus est per totum annum, Tantis luminis fulgor aram templumque nocte circudedit, vt putarent diem factum. Aère visi sunt currus & quadrigæ circumferri, & cohortes miseri. Templo, festo Pentecostes, audite sunt voces, Migremus hinc. Festo Tabernaculorum, clamauit quidam ante quartum annum belli, Vx ab Oriente, &c.

Mortem sui filij ita vltus est Deus, vlturus etiam eadem ratione mortem & iniuriam illatas proximis nostris qui sunt filij Dei. Visitauit eos Deus in salutari suo. Visitauit eos Christus per viscera misericordiæ oriens ex alto, & non cognouerunt diem huius visitationis. Ideo visitat eos in ærumnis & debitis supplicijs. Luc. 1.

Discat concionator prudens mentem Christi hanc fuisse, quando miserabile excidium huius ciuitatis Ierusalem literis à suo Evangelista proditum voluit: vt nos alioru incommodis doceret, nobis nostrisque ciuitatibus consultiùs ac opportuniùs consulere: vt concionatores admovent populos, ciuitates, Principes, Reges ipsos, ne Prophetas aut eoru disciplina contemnant aut irrideant, ne iustos opprimant, ne publica communi consensu peccata committant. Quod si fecerint ciues aut populi, admoventur tam esse Dei potentiam & indignationem in illa peccata, vt Ierusalem & cunctos ciues tam seuerè punierit. Puniuit olim vniuersum genus humanum propter peccatum Adami, Gen. 3. Populum Iherusalem propter David, 2. Reg. 24. Sodomam & Gomorrham propter comune peccatum, Gen. 19. Peccatores & iustos varijs afflictionibus interdum castigat propter peccata. Castigabit profecto & nos, nisi cum Christo fleuerimus, & cognouerimus tempus visitationis nostræ.


DOMINICA XI. POST
TRINITATIS.

Euangelium Lucae xvij.

In illo tempore, Dixit IESVS ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam, Duo homines ascendebant in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter Publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat, Deus gratias ago tibi, quia nõ sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic publicanus. ieiuno bis in sabba-
tho: decimas do omnium quæ possideo. Et Publicanus álonge stans nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. quia omnis qui se exultat, humiliabitur: & Luc. 14. e
Matt. 23. b qui se humiliat, exaltabitur.

cc *Hoc*

Hoc Euangelio continentur tria,



DOMINICA XII. POST
TRINITATIS.

Euangelium Marci vij.

Matth. 15. c

In illo tempore, Exiens IESVS de finibus Tyri, venit per Sydônem ad Mare-Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius. & suspiciens in cælum, ingemuit: & ait illi, Hephethah, quod est, adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis ne cui dicerent.

Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant, & eò ampliùs admirabantur, dicentes, Benè omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Propo:

Deprehenditur ex illorum facto, nam si fides illis non fuisset, ipsaque firmitate, non de Christi potentia tantam virtutem sibi persuasissent, nunquam credidissent Christum posse sanare aegrum, neque de seipso adducendo cogitassent, nec deprecati fuissent vt Christus eum sanitati restitueret, vt scilicet imponeret illi manum.

Primo, prouenit ex Dei dono. Nam Iohannes 1. cap. docet quod Christus fides daret omnem hominem uenientem in hunc mundum, Paulus Ephe. 2. affirmat fidem donum esse Dei: Grana, inquit, sicut et hoc non ex uobis, Dei enim donum est &c. Et Rom. 12. Vnicuique diuiti Deus mensuram fidei. Et 1. Cor. 12. Nonne datus in eodem spiritu. & Iohan. 6. Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit eum: quem locum Augustinus, Chrysostomus, ac reliqui omnes interpretantur de fide. Nemo potest credere in Christum, nisi is cui Deus dederit fidem. Et Act. 13. legimus quod predicantibus Paulo & Barnaba Antiochia, crediderunt quotquot erant preordinati a Deo. Et in ciuitate Philippo, qua est prima parus Macedoniae ciuitas colonia, loquente Paulo multis uerbis que conuenerant, quadam mulier nomine Lydia, preparata ciuitatis Thyatirenoru, colens Deum audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere his que dicebantur a Paulo. Hac uero uocant Theologi infusam. Est enim diuinitus infusa, nullis humanis meritis acquisita. Fides horum hominum inde cognoscitur, quod Christum credant potentem ad suum aegrum sanandum.

Secundo fuit his hominibus fides acquisita ex optima quam de Christo audierant. Audierant clementissimum ac benignissimum erga omnes esse: adeo vt nunquam aliquem eorum qui ad ipsum conuenerat, abique consolatione dimississet. Audierant omnibus opem tulisse, miracula maxima mirabili potestate fecisse. His tam praecipue creditis, ad Christum concurrunt, pro furdo deprecatur. Fides, inquit Paulus Rom. 10. ex auditu: auditus autem per uerbum Christi. Ex scripturis deprehendimus, uerbum diuinum instrumentum esse quo Deus nos uocat ad fidem. Idem de miraculo Sergio Paulo Act. 13. & Iohan. 2. dicitur, quod multi Iudaeorum crediderunt in nomine eius, uidentes signa que faciebat. Et sic dicit Christus, Si mihi non uultis credere, operibus credite.

Propromitur nobis hoc Euangelio duo exempla,

I. Fidei operantis per charitatem in his uiris, qui firmiter credunt Christum afflicto homini mederi posse. Quae fides illis persuasit Christi tantam esse potentiam, vt manus tantum contactu aegrum iuuare possit. Haec fides

II. Charitatis in Christo, qui respiciens fidem illorum, miseretur hominis, atque medetur. Vultur autem hic multis ceremonijs. Nam

- 1. Apprehendit eum de turba seorsum,
- 2. Misit digitos suos in auriculas eius, & expués tetigit linguam eius,
- 3. Suscepit in caelum,
- 4. Inge munit super
- 5. Ait, Hephethah, quod est, aperire. Et statim
- 6. Praecipit ne cui dicerent. Noluit huius mundi diuitias aut laudes querere: sed tantum Dei gloriam, & animarum salutem. Quamto autem eis praecipiebat, tantò magis plus praedicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes, Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Vt ostenderet,

Ei qui ad Christum & eius pietatem atque consolatione accedere uelit, necesse esse vt ab omni sortio famosorum peccatorum distractus, in tranquillitate ad Deum se conuertat. 1. Cor. 4. Si quis frater nominatur aut fornicator, &c. (id est, si quis fornicator) cui eiusmodi nec cibi sumere. Sic distinguit August. ca. 2. li. de fide & oper. & dicitur. Futuris temporibus falsos doctores suborturos, qui Christi carnem & sanctoru reliquias conuenienter essent affecturi, affirmantes ac temere doctores illi non esse adoranda, & has no esse uenerandas: Tunc sunt Lutherani, Brentiani atq; Caluinisti, qui de spiritu & tactu Christi confutantur ac destruantur. Vbi salus animae & corporis sit querenda, respicienda: nempe a Deo, qui est in caelis.

Quantum damni Ecclesiae esset allatura haereticorum & murmuratorum maledicentia: quod liquet ex dictis ac scriptis Lutheri aliorumque haereticorum. Homines libentius audituros diabolicas & haereticas doctrinas, quam sanam & Apostolicam: qualis est illa quam Romana tenet Ecclesia.

Apertae sunt aures eius, Solutum est uinculum linguae eius, Loquebatur recte.

Haec duo membra, lingua & aures, exhibuerunt olim Christo, & exhibent hodie Ecclesiae Romanae catholicae negotium. Verba enim Dei non potest tractari nisi per linguam & aures. Oportet enim vt

Lingua uerbum Dei pronuntiet, & fidem inter Turcas, Gentiles, Lutheranos, aliosque haereticos constanter proficiat. Rom. 10. Ore autem confessio fit ad salutem. 1. Pet. 3. Estote parati reddere ratione de ea, quae in uobis est spe, omni postenti.

Aures audiant uerbum Dei. Quod si ea membra sustuleris in medio, nullum remanebit discrimen inter ethnicos & Christianos, inter haereticos & catholicos. Christianus habet aures ad audiendum uerbum Dei in ecclesia catholica Romana: Ethnicus autem & haereticus non habent. Bonus bona audit, malus non nisi mala.

Hoc Euangelio docemur,

- 1. Fidem alienam posse alteri prodesse ad acquirendam sanitatem corporis. Centurio enim cum fide orans, obtinuit sanitatem corporis famulo suo, Matth. 8. Et Chananae filiae suae, Matth. 15. Potest etiam fides aliena adiuuare ad comparandam propriam fidem, qua quis saluari possit: vt oratio Stephani ex fide Paulo adolescentulo profuit. August. serm. 1. & 4. de sancto Stephano, Si sanctus Stephanus sic non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Vt Monica suo filio Augustino. Item Ambrosius eidem Augustino. Neminem tamen ad salutem saluari posse fide aliena scriptura aperte testatur, Heb. 11.
- 2. Vt firmiter credamus Christum posse, & uelle nobis afflicto in quacunque tribulatione opem ferre, modo suae gloriae promouenda, & utilitati animarum sit profuturum. Ob idque totam nostram spem in ipsum reclinandam. Rom. 5. Spes non confundit. Psal. 24. In te confido, non erubescam.
- 3. Vt proximis afflicto inferuiamus, cunctisque hominibus & uerbo & opere, & consilio profimus, & auxilio. In his enim duobus, fide & charitate, consistit tota ratio Christianae uitae: quae uirtutes uti separari possunt, ita altera sine altera ad salutem nihil prodesse potest.
- 4. Vt custodiamus linguam & aures, quemadmodum Deus nobis ea membra dedit pura & innoxia: ne patiamur ea falsis doctrinis atque mendacibus Lutheranorum, aut aliorum haereticorum contaminari. Deinde gratias agamus Christo de collatis in nos beneficijs: & faciamus in uocatione nostra iuxta consilium Pauli 1. Cor. 14. Omnia honeste, & secundum ordinem.
- 5. Vt deprecemur clementissimum patrem, vt nobis propter Iesum Christum dignetur largiri gratiam atque robur: quod possimus iuxta sua mandata uiuere, quemadmodum de uerbo Dei loquimur, & audimus: ne surdi atque in sempiternum muti reperiatur, sed Dei gratiam atque benedictionem in hac uita consequamur, & post uitam aeternam, Amen.

Viri isti qui adducunt surdum & mutum ad Christum, sunt concionatores, confessores, boni confiteores, Sancti ac reliqui iusti: qui bono exemplo ac sana doctrina peccatores ad Christum adducunt, uel poenitentia, uel exhortationibus, uel suis intercessionibus, uel operibus bonis & orationibus. Nam oratione, ieiunijs, lachrymis atque carnis maceratione placatur Deus, eius gratia promeretur, & nobis reconciliatur. Verbo audito acquiritur fides. Bona uita charitatis est fructus, qua aeternam uiam promeremur. Ex hoc Euangelij loco Ecclesia instituit in baptismo Patros uocandos, qui ut filij Ecclesiae profitentur. Reprehendant haeretici Christum, qui in huius aegri curatione tot ceremonijs fuit usus: cum unico uerbo illum curare potuerit. Distant Catholici, Ecclesiam catholicam Romanam ex Christi instituto ceremonias habere.

DOMINICA XIII. POST
TRINITATIS.

Euangelium Lucae x.

In illo tempore dixit IESVS discipulis suis, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi prophetae & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidam Legisperitus fur-rexit, tentans illum, & dicens, Magister, quid faciēdo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respon-dens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viri-bus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi, Rectè respondiisti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, di-xit ad IESVM, Et quis est meus proximus? Suscipiens autem IESVS dixit, Homo quidam descēdebat ab Ie-rusalé in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam de-spoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt femi-niuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam de-scenderet eadem via: & viso illo præteriuit. Simili-ter & Leuita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, vênit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium vi-detur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi IESVS, Vade, & tu fac similiter.

Matt. 22. d
Marc. 12. c

Deut. 6. a

ee *In hoc*

In hoc Euangelio Christus potissimum tria facit,

I. Prædicat discipulos suos beatos,

Non ab oculorum exteriori visu, (alioqui enim omnes qui vidissent Christum, nempe Pontifices, Pharisei, Pilatus, milites atque Iudæi omnes, & gentes, beati prædicarentur, & essent: quod est falsum)

Sed propter salutiferi temporis præsentem gratiam. Quia is apparuit in carne, quem omnes prophetæ prædixerunt: nempe benedictum semen,

Adæ, Abrahæ & Dauidi promissum, Quod contritum esset caput serpentis, In domo Iacob regnatum, Gen. 3. Lucae 1.

Super solum Dauid sessurum in æternis, In quo benediceretur oēs gētes, Gen. 22. Quod redempturum esset Israël, Psa. 119.

Si regnasset Saba dixit Salomoni, Beati viri tui, & beati ferri tui qui aliam tibi te fiamper, & audiunt sapientiam tuam: quis non beatum cum adoraretur, qui tantum mundi futurum presentem audiret, atque videre?

Abraham gaudebat, quod in spiritu videret Christum nasciturum, Iohan. 8. Simeon petebat ne è viuis discederet, prius quam Christum natum videret, Luc. 2.

Prophetæ eius presentis lachrymis, spiritu spirij gemitibusq; videre optabant, Isa. 64.

Augustinus desiderabat Romam videre florentem, Paulum in sermone, Christum in carne.

Prædicabatur olim ante Christi aduentum Euangelium de Christo venturo, sed prophetis figuris, & oraculis inuolutum.

Prædicabatur Christus nasciturus, sed non in vniuerso mundo, sed in Iudæa tantum: non omni creaturæ, sed quibusdam familijs & certis hominibus, veluti Simeoni, Annæ, beatæ Virgini & eius parētibus, Zachariæ & Elizabeth. Sed modò in vniuerso mundo & omni creaturæ prædicatum est Euangelium hoc. O nos beatos, o beatos oculos qui vidēt quæ nos audim⁹. Sunt multi principes, sunt aliquot Reges, sunt multi populi qui audiunt Euangelium, sed non Euangelij Christi, sed diaboli, hoc est, hæreticorum. De his dicit Ecclesia, O miseros oculos qui vident quæ vos videtis: o miseras aures quæ audiūt quæ vos auditis.

II. Complectitur duobus præceptis totius legis summam, & ait,

Diliges Dominum Deum tuum Ex toto corde tuo, Ex tota anima tua, Ex omnibus viribus tuis, Ex omni mente tua: Et proximum tuum sicut teipsum.

Hoc est, Nulla creatura tibi sit tam chara in mudo, quam Deo præferas. Nullaque sit in te anima & corporis facultas, aut potentia, cuius virtutes in Deo amando non adhibeas. Omnes cogitationes tuas, verba, opera, consilia, cedat Deo. Omnia quæ habes & possides corpore, anima, carne, spiritu, membris, neruis, sensibus, submitte Deo: vt omnia à capite vsque ad calcem, internè & externè, Deo & proximo sint subiecta, idque sine rancore & tædio. Nihil

Impedire videant oculi, Impedire aut obli. ce- rum aduocant a. s. Turpe loquar o. s. Mali faciant auribus & pedes, an resti- qui membra, Mali cogent cog. Mali videant vultus, Mali membra mem-oria, Mali intelligant.

In summa, oportebit hominem esse

Cogitatione sanctum, Verbis humanum & modestum, Operibus iustum, Viti castum, Sermone verè candidum, Corde iustum, Animo simplicem, Conscientia mundum.

Hæc præcepta ideo data sunt, vt nostram fragilitatem & imbecillitatem ex eis discamus, & ad Dei misericordiam suspiremus. Nam si hæc præcepta respexerimus, & contemplati velut in speculo fuerimus: animaduertemus nos legem Dei ne à limine quidem salutasse, nedum perfectè compleuisse. Quemadmodum & Christus huic Legisperito responderet, Hoc fac, & viues: quasi nondum quicquid fecisset. Per actiones legis, non per solam fidem, ex definitione Christi & vltima eius sententia, viuimus in gratia, & æternam viuemus in gloria: non, inquam, sola fide, quemadmodum falsi prophetæ docent miserum populum.

III. Ostendit elegantem parabolam quoniam sit proximus, & ait,

Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, Incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: Et plagis impositis, abierunt semiuuium relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præterijt. Similiter & Leuita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum. Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habet: & quodeunque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum.

Hic vultus conuincit Christum, Legisperitum cum omnibus Iudæorū proceribus, vt pote pontificibus, Phariseis, sacerdotibus, scribis, non tam compleuisse legem: docetque non sufficere ad salutem fidem solam, nisi charitatis opera accedant. Credebat sacerdos, credebat Leuita, sed proximo charitatis opera non impendebat: ideo hic à Christo reprehenduntur, & tacite damnantur. Quid tergiversentur hæc hæretici, qui manifestè errantes, & volentes Christi doctrinam rejiciunt. De illis Deus meliorem mentem. Amen.

Docet etiam, dignitatem nullius esse momenti apud Christum, in causa iustificationis. Nam dignitas nos facit maiores, sed charitas nos facit meliores. Maioris dignitatis erat sacerdos ac Leuita, sed melior Samaritanus: quia charitatem habuit, exercuitque in proximo. Sacerdos & Leuita ratione officij, vel sanguinis coniunctione, meritò debuissent curam vulnerati Iudæi suscipere. Sed nihil minus fecerunt. Nam viso eo prætereunt. Samarita, quem Iudæi odio prosequuntur, misericordia motus, accessit, curam eius egit. Quod est, vt per hunc Iudæum Christus Legisperitum imitari, dicens, Vade, & tu fac similiter. Hoc est, Non solum amicis tuis, sed etiam inimicis tuis, vt qui tibi malefaciunt, benefac.

MYSTERYM.

Omnes per sacramentum baptismi ciues facti sumus Ierolymæ celestis, in librum Dei inscripti: in castra Christi ingressi: vt sub illius signis, tanquam fideles stipendiarij, fortiter contra satanam, mundum, & carnem pugnemus. Sunt enim nobis proposita optima stipendia, remissio scilicet peccatorum in hac vita, gratia ad actiones iustitiæ perficiendas: in futura vero vita, est nobis proposita vita æterna, quam quotidianis pugnis, atq; alijs operum meritis, coronam iustitiæ nobis comparabimus. Sed descendentibus nobis ab Ierusalem, hoc est, si animus & voluntas in mala opera inclinauerint, ita vt ad impiam ciuitatem Iericho, & ad voluptates huius seculi descendamus: incidimus in latrones, in diaboli potestatem, qui nos spoliat, gratiam eripit, animam sauciat, corpus fœdat, atque in omnibus naturalibus & spiritalibus viribus vulnerat: ita vt quantumvis fidem non auferat, deest tamen, charitatem adimat, in spe fluctuantes faciat: omnibusq; corporis & animi bonis gratis sublati, & naturalibus laesis, semiuuii relinquamur. Sacerdos & Leuita, hoc est, lex, Iudæus, Iherosolymitanus, nos deserunt: Samarita, Iesus Christus filius Dei, accedit, vulnera nostra obligat, infundens oleum & vinum. Facit nobis predicari legem & Euangelium, sine quibus impossibile est consequi vitam æternam. Deinde ponit nos in suum iumentum: hoc est, humeris suis impositos transfert ex itinere diaboli in xenodochium Dei, quod est Ecclesia catholica Romana. Commendat nos tibi, domini ministris, donec ab omnibus peccatis erepti & sanati, transportemur cum electis in caeleste diuersorium, in vitam æternam, Amen.

DOMINICA XIII. POST
TRINITATIS.

Euangelium Lucae xvij.

ET factum est, dum iret **I**ESVS in Ierusalem,
transibat per mediam Samariã & Galileam.
Et cum ingrederetur quoddam castellum, occur-
rerunt ei decem viri leprosi. qui steterunt álonge:
& leuauerunt vocem dicentes, **I**ESV præceptor,
Leuit. 14. a miserere nostri. Quos vt vidit, dixit, Ite, ostendi-
te vos sacerdotibus. Et factum est: dum irent,
mundati sunt. Vnus autem ex illis vt vidit quia
mundatus est: regressus est, cum magna voce ma-
gnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes
eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Re-
spondens autem **I**ESVS, dixit, Nónne decem
mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est in-
uentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic
alienigena. Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua
te saluum fecit.

Euans

Euangelium hoc complectitur tria exempla,

I. Exemplum fidei in decem leprosis. Quae fides deprehenditur ex eorum factis. Nam

Occurrerunt Christo, Steterunt à longè, Leuauerunt vocem suam dicentes, Iesu praeceptor, miserere nostri,

Nam vera fides docet & ostendit

Christum, Excitat orationem, Quo modo sit inuocandus, Quid de illo nobis debeamus polliceri, nempe eum posse & velle nostris malis mederi.

Et quia procul dubio haec omnia hi leprosi sibi pollicebantur de Christo, & credebant, ideo

Currerunt Prostrati stantes Clamauerunt Breui oratione Tria

Iesu, Praeceptor, Miserere nostri,

Vt declarent se credere illum verum & vnicum saluatorem esse, qui absolutam potestatem in vitam & in mortem habeat, cui salus & omnes aegritudines parent. Vt declaret se paratos esse, qui Christo tanquam omnium magistrorum praestantissimo obtemperare velint. Vt testentur, se vltro agnoscere suam miseriam: ideoque misericordiam à Domino exposcunt.

<p>Sumat exordium & initium, Crescat & augetur, Perfecta reddatur.</p>	<p>Infantia, Et in arboribus & herbis sunt incrementa, & vis alens, cuius motu vigescunt, frondescut, & germinant. Et semina terrę mandata, non statim maturescunt, sed</p>	<p>Primò erupit herba pubescens, Deinde nascitur culm, deinde arista, Postea gramen & fructus:</p>	<p>Postea ex erit sese, Scripturis ac miraculis roboratur, Deinde fides docet omnipotentiam Dei & seueritatem, Docet orare, Oratione mereatur gratiam bene operandi, ac impetrat charitatem: qua ipsa fides perficitur, beneque ac meritò per charitatem operatur. Hęc fides impetrat, non meretur iustificationem. Augustinus epist. 106. Vbi fides impetrat charitatem ac iustificationem, tunc incipit vitam bonam agere.</p>	<p>Depone timorem serule, Deo firmus fide, Per charitatem bene & meritò operari, Incipit profertur fructus charitatis, scilicet Proximū diligat, Charitatis opera ei impendit omnino studio, Carnē frangat, Affectu reprimat.</p>	<p>Prius habuit fidem puerile, cum iret ad Christum, rogās eum vt descenderet, sanaretque filium ipsius. Deinde creuit fides, & facta est fortior, cū Christus dixit, Vade, filius tuus viuat. Postea confirmatur eius fides, cum occurrerunt ei seruī dīcētes, filius tuus viuat.</p>	<p>Si non credidisset, non dixerat, Domine, descende propter quā memoratur illi seruis. Prodit autē hęc veritas instantiam iudei tūc. Si enim solidam credidisset, non haberet cū Centurione, Tandē dicit verbo, & sanabitur filius eius? Matth. 8. Credit suū fidem posse sanare, etiam si Christus ipse non irrefrens quod indicat verbum, Ibat. Nihil enim amplius solitū est: sed Deo verbo cōuentus, abiit, & credit. Cū sciscitaretur ab eis hora, in qua sanaretur, & illi dixissent, Nē hora sciscitaretur, reliquit eum seruis dīcētes, filius tuus viuat, & domus eius veta.</p>	<p>1. Deū semper orandū, quō fidem, quam nobis semel dedit, cōseruet, cōfirmet, & perficiat: adeo vt nihil sit in mūdo quod ab eius confessione nos dimouere possit. 2. Cū fidem iam firmus consequuti, seruetis orandū vt fides in nobis augetur, & tantū crescat, vt per ipsam nos nostraque omnia Deo, sicut scriptura & Ecclesia docent, comitemus, quoad usque ipsa nos cū charitate in viros perfectos euadere faciat. 3. Oradū in omni tribulatione, vt Deus & nos, & nostras exaudiat petitiōnes.</p>	<p>Veteris testamenti, Exempli uobis sunt historia Noui testamenti, Nostris temporis, ac superiorum.</p>
--	--	--	---	--	--	--	---	---

Filii Israël tam præclaram habuerunt fidem, vt non dubitauerint sicis pedibus mare transire, fide confortati, & edocti quod Deus poterat ipsos conseruare ne submergerentur. Postea tamen inciderunt in tantam incredulitatem, vt contra Deum murmurauerint cibi potusque causa. Nam Exod. 16. cū esset multitudo filiorum Israël in deserto Sin, murmurauit omnis congregatio filiorum Israël contra Moysen & Aaron in solitudine. Dixeruntque filii Israël ad eos, Vnam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, &c. Et ob hanc diffidentiam tantas ac torpentes subierunt, vt de sexies centenis millibus tantum duo venerint in terram promissam, Iosue & Caleb. Moyses ipse per fidem multa signa fecerat in Aegypto: tamen ad aquas contradictionis, ad percussam petram fides eius elanguit. Numc. 20. Idem Moyses, cū polliceretur Dominus se daturum populo carnes ad integrum mensem, respondit, Sexcenta millia perditum huius populi sunt: & tu dicis, Dabo eis esum carniū mense integro? &c. Numc. 11. Cū Angelus Saram concepturam affirmaret, risit ipsa occulte, dicens, Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Gene. 18. Minister prophetae Elisei panes aliquot populo proponere iussus, dicebat, Quantum est hoc, vt appenam coram centum viris? 4. Reg. 4. Ex his omnibus constat fidem tam fuisse teneram, vt in rebus ubi eius virtute opus erat, vacillauerit. Ideo est orandum vt Deus fidem quam dedit, confirmet arque corroboret. Nam quemadmodum hi viri sanctissimi titubauerunt, ita & nos poterimus dubitare maiori cum incommodo animarum nostrarum. Petrus in mari vocatus est a Christo: in principio audita voce Christi, tantam fidem habuit, vt non dubitauerit sese in mare projicere, & sicis pedibus super aquas ambulare. Cū autem impetu maris deteritus diffidere cepisset, mergebatur. Quē increpauit Christus, dicens, Modicę fidei quare dubitasti? Matth. 14. & Luc. 8. Legimus quod cū procella venti descenderet in stagnum, adeo vt nauis cooperiretur fluctibus, cūque Christum discipuli eius dormientem excitaissent, ac dixissent, Preceptor, perimus: Christus illis dixit, Vbi est fides vestra? & Math. 8. cap. ait Christum dixisse, Quid timidi estis modicę fidei? Hinc docemur semper nobis orandum, & petendum augmentum fidei. Hęc est doctrina Apostolica & Ecclesie catholice. Legimus Luc. 17. Apostolos a Christo petiuisse, Domine adauge nobis fidem. Audimus etiam Ecclesiam catholicam dicentem in sacro dominicali, Da nobis Domine fidei, spei, ac charitatis augmentum. Hoc petebant Apostoli, postulabant martyres, implorabant doctores Augustinus, Hieronymus, Cyprianus, quauis sanctissimi. Hoc & nos peccatores miseri, infirmi ac fragiles indefinenter petamus. In primitiua Ecclesia quamplurimi in principio sue vocationis firmissimē credebant: at vbi ingrebat tentatio, afflictio, vel metus, fides languebat. Testatur hoc acta Petri Apostoli, Matth. 26. Legimus in historia Ecclesiastica lib. 6. c. 3. quamplurimos Christianos in tormentis fidem negasse. Iulianus fidem negauit, ac fideles persequutus est persecutione grauissima. Porphyrius non solum fidem negauit, verum etiam scriptis turpissimis, ac libellis editis, religionis catholice sacramenta obfcurare temeraria audacia presumpsit.

DOMINICA XXII. POST
TRINITATIS.

Euangelium Matthæi xvij.

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatuſ est ei vnus qui debebat ei decem millia talenta. Cùm autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius vendari & uxorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Præcidens autem seruus ille, orabat eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de seruis suis qui debebat ei cœtum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens, Redde quod debes. Et præcidens seruum eius, rogabat eum dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem serui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri serui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

Hoc

Hoc Euangelium de Rege volente cum seruo rationem ponere, completitur tria,

- I. Concionem legis,
- II. Concionem Euangelij,
- III. Ingratitudinē hominum.

Videmus enim in hoc Rege

Seueram austeritatē, qua Rex seruum qui decē milia talentorū debebat, alloquentur.

Immensam gratiam atq; misericordiā, qua Rex hūc arumnosum seruum ad pedes iacentem ac pœnitentē erexit: & oranti omne debitum remisit.

Grauisimū supplicium, quo Rex hūc ingratum seruum affecit.

Cum non haberet vnde redderet, iussit eū venturari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.

Procidens seruus ille, orabat eum dicens, Patientiā habē in me, & omnia reddam tibi. Misertus autē dominus serui illi? dimisit eū, & debitum dimisit illi.

Cum vidissent conferui quōd seruus ille cui dominus remiserat decē milia talentorum, propter cētum denarios coniecit eum in carcerē; tristi sunt valdē, & venerūt & narauerūt domino suo omnia quæ facta fuerāt, & iratus dominus eius, tradidit eum tormentibus.

Legis: Regē hunc esse Deū omnipotentem, de quo Apoc. 19. Rex regū, & Dominus dominātium. Cuius est lex? Moſi quæ adeo est aspera, vt huic seruo terrorem incutiat, eūque perturbet. Ipse verō Domini pedibus adolutus veniam orat, pluriq; quā prastare possit, pollicetur.

Literalis sensus intentus a Spiritu sancto est, ostendere officium

Euāgelij, quod est valde consolatorij, suauissimāq; recreatio animarum: quod apparet ex cōsolatione quam per indulgētiam hic seruus habuit, vt sibi vni fuerint cæli, terra, & omnes creature adblandiri.

De pessimoingratitudinis vitio, quo maxima pars hominum laborat. Ingrato homine nihil peius. Hinc sunt versus, Lex, & natura, cæli, De, omnia iura, Damnāt ingratum, tristant eum fore natū.

Lex, humana, vt speculum, in quo contemplanur animi nostri maculas, detestatur, atque vitia. Est enim Decalogus, velt ratio, vt libellus, qui debita nostra describit, & continet. Debem⁹ enim

Deo fidem, charitatem, spem, timorem, honorem, sanctificationem, & glorificationem.

Ecclesiam catholicam, eius sponsam agnoscere, in ea, scilicet Romana, verbum Dei audire, septem eius sacramenta confiteri, eius præcepta (quæ ad salutem sunt necessaria) custodire, & iuxta mandata decalogi, vt vitam æternam promeremur, actiones nostras instituire, gratiisque semper pro beneficijs acceptis agere.

Proximo eum amorem quem nobis ipsi impendimus, opera charitatis & misericordiar, quæ sunt pascere, potare, vestire, tristem consolari, infirmum visitare, mortuum sepelire, captiuum redimere, non ledere, sed potius prodesse, inferuire & auxiliari. Hæc ita debemus proximo, vt quemadmodum sine fide, ita sine his operibus impossibile sit ingredi vitam illam æternam. Matth. 19. Si vis ad vitam &c.

Animabus nostris carnis mortificationem, & renouationem spiritus. Nam quauis in sacramento baptismi fiat plena peccatorum remissio, non tamen fit plena renouatio, sed renouamur de die in diem. 2. Cor. 4.

Euangelium, liber consolationum plenissimus, quibus afflicta corda fragilitatem in agnoscencia recreantur atque reficiuntur. Quæ enim maior consolatio quā verbum illud, Venite ad me omnes? Matth. 11. Quid enim dulcius quā verbum illud, Non veni vocare iustos, sed peccatores? Matth. 9. Quid suauius quā verbum illud adulterē dicitum, Nec ego te condemnabo, Iohan. 8. Quid plausibilis quā verbum illud, Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuēt. Iohan. 11. Docet enim Euangelium, primam iustificationem impij, remissionem peccatorum in sacramentis, donūque perseverantiar, gratis sine vllis nostris meritis nobis dari per Christum. Docet etiam, hanc iustificationem bonis operibus augeri posse. Apocal. 22. Docet insuper, operibus nostris ex charitate factis, Deum placari, ipsique nos cultum gratum exhibere, ac pro pœnis ob peccata debitis posse satisfacere, ac tandem ipsidem operibus coronam iustitiæ æternæ vitæ posse promereri. Hoc reuelauit Spiritus sanctus, quauis negent caro & sanguis: quia animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. 1. Corint. 2.

Ingratitudo, vt Bernardus ait, hostis gratiæ, salutis inimica, legis & Euangelij annihilatio: vt nihil ita displiceat Deo, quemadmodum ingratitude. Postquā enim hic seruus tot beneficia à Rege consequutus erat, debebat meritō conferuum similibus prosequi: sed cum beneficiorum omnium obliuiscitur, ingratus euadit. Rex igitur commotus non solum beneficia reuocat, & quæ dedit, data non vult: sed etiam ingratum seruum tradit tormentibus in vincula coniiciendum. Hoc præmium est ingratitude. Porro quis hunc iuuabit? Habet sua culpa inelementissimum dominum, præterea conferuos inimicissimos. Tam detritus in carcerem, cogitur æterna morte perire, & cruciari: ibi enim nulla est redemptio. In quod malum præcipitatus fuit ob ingratitude diabolam: qua nullum peius, nullum detestabilius peccatum est in terris. Hinc concludit Christus, Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remittitis vniquique fratri suo de cordibus vestris.

Docemur hinc quo modo sit placandus Deus quando exegerit debita, & non fuerit vnde soluamus: nempe humilitate, oratione, & debiti agnitione, & confessione, ac eius offensionis dolore.

Docet hoc Euangelium, necessariam esse omni Christiano cognitionem legis & Euangelij. Absque lege enim & Euangelio impossibile est vitam æternam consequi.

Docet officium legis esse, debitum nobis declarare, maledicos nos esse, nisi soluum⁹, & Deum terribilem & seuerissimū nobis ostendere.

Docet officium Euangelij esse, ostendere thesaurum, quo possumus debita soluere, ipsi satisfacere, & ipsius indulgētiam promereri: ostenditq; nobis, Deum benignū, dulcem, ac planē esse fauorabilem.

Quo modo Rex æternus velit vt agamus cum proximis nostris.

Futurum esse iudicium, Deūque esse exacturum à nobis rationem eorum quæ nobis concessit.

Quare Deus remittat nobis debita: nempe vt nos remittamus: nostri miseretur, vt nos proximorum misereamur.

Per impletionem legis nos Deo placere, & per ipsius transgressionem nos ipsum offendere, ac nos ab ipso puniendos.

Diabolo esse ministros Dei, quibus incumbit æterna ingratorum punitio.

Hunc fuisse cōdemnatum, non quia caruit fide, sed misericordia in proximum.

Luciferum ob ingratitude altissima sua sede exturbatum, itidem Adamum, Iſa. 14. Gene. 3.

Nabuchodonosor, Dani. 4. Saul, 1. Reg. 15. populum Iſraeliticum atque Iudaicum, Iſa. 5. Sic faciet & nobis Pater noster cælestis, si non egerimus gratias pro acceptis beneficijs.

Est considerandum verbum illud, Omnia reddam tibi. Vnde colligitur præsumptio humana: *si non fuisset hominibus innatum multa polliceri, & nihil prestare. Ita Petrus dum in mensa esset, Matth. 26. Et si oportuerit, inquit, me mori tecum, non te negabo: at postea ad vocem vnius puellæ negauit, & nos.*

Discimus ex hoc Euangelio, quanto intervallo superent debita illa quæ Deo debemus, debita quæ nobis debent. Siquidem debitum Regis, decem millium talentorum pretio comparat: debitum verò conferui, valori centum denariorum. Docti intelligent hoc discrimen. Arguit nostram ingratitude, cum Deus summa & grauisima debita nobis dimittat: nos autē proximis nostris nec minimam velimus offensam condonare. Vide cap. 28. Ecclesiastici.

Discimus etiam, quanta facilitate Deus condonet, ad primum verbum serui, scilicet, Patientiā habē in me, & omnia reddam tibi. Misertus est dominus, dimisitque eum, & debitum remisit illi: ac quanta improbitate & seueritate nostra debita à proximis repetamus: tam seuerē, vt aliquando non suffocemus, donec reddant nobis debita. Hoc docet multitudo litium, tribunalium, contentiones quotidianæ & alia deploratissima vitia, quibus homines scaten.

DOMINICA XXIII.
POST TRINITATIS.

Euangelium Matthæi xxij.

In illo tempore, Abeuntes Pharifæi, confilium Mar. 12. b. c
inierunt vt caperent IESVM in fermone . Et Luc. 20. d
mittunt ei discipulos suos cû Herodianis, dicen-
tes, Magister, scimus quia verax es, & viam Dei
in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo.
non enim respicis personã hominum : dic ergo
nobis quid tibi videtur, licet censum dare Cæ-
sari, an non? Cognita autem IESVS nequitia
eorum, ait, Quid me tentatis hypocritæ? osten-
dite mihi numisma census . At illi obtulerunt ei
denarium . Et ait illis IESVS, Cuius est imago
hæc, & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris . Tunc
ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari : Rom. 13. c
& quæ sunt Dei, Deo .

pp *Hoc*

Hoc Evangelium complectitur duo.

I. Infidiosam Pharisæorum quæstionem, qua captiosè Christum tenere, & illaqueatum in sermone, reum mortis agere conabantur. Et quoniam neq; eius doctrinam, neque vitam poterant accusare, infidijs eum adoriuntur.

Agitant causam, vltro citroq; habitis verbis, dicentes, Non conuenit vt persona propria Christum accedamus, quoniam suspecti sumus: & fortassis cum perspexerit fraudes nostras, nos coloribus nostris depinget, & populo audiente, contumaciorum plaustra in nos effundet. Mittamus ergo discipulos nostros cum Herodianis.

Mittunt ad eum discipulos suos cum Herodianis, qui blando exordio, ex eo, tanquàm veritatis magistro atq; doctore, querant, vtrum liceat censum dare Cæsari, an non. Si dixerit

Dandum, irritabit vniuersum populum Iudæorū, qui accusabunt eum legis Mosaicæ & libertatis publicæ euerisore atque oppressorem. Non dandū, excitabit Herodianos in capitis sui perniciem: qui eum vt seditiosum, & læsæ maiestatis Cæsareæ reum, comprehendent.

Sic eo cruciatus liberabimur, & tamen non videbimur causam prebuisse mortis. Sed quo modo se gerunt Pharisæorū discipuli?

II. Prudentissimum Christi responsum, quo suis ipsorū laqueis captos Pharisæos confundit, & omnium circumstantiū ludibrijs præbuit deridendos. Cognita enim eorum malitia, ait,

Quid me tentatis hypocritæ? Sunt autem hypocritæ & simulatores, qui simulant pietatem, æquitatem.

Intrus & in cute impiissimi homines. Cū sunt Impostores nequissimi. Simulata enim æquitas, est duplex iniquitas.

Offendite mihi numisma census. Hoc dicto prostravit eos suis ipsorum gladijs. Offerentibus illis denarium, ait, Cuius est hæc imago & superscriptio? Simulat se nullam habere cognitionem monetæ, nec scire literas: vt cogitare possent Iudæi, Eia, captus est, sibi metuit, adulaturus est Cæsari, non audet liberè, quæ sentit, eloqui. Et cum dicunt, Cæsaris, respondit, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Quasi dicat, Hæc nus detraxisse de honore, nunc etiam sumitis Cæsari tributum, etia, auctores seditiosæ maximarum, peccantes in Deū, & in legem, digni qui et delibus vtriusq; supplicijs afficiamini. Hinc discimus,

Iudæi dicunt, Magister scimus quia verax es: id sibi dicitur parent omnes concionatores, vt liberè veritatem loquantur, peniculus capitis impendat.

Quæ sunt Cæsaris, Cæsari, Quæ sunt Dei, Deo.

Subditi omnes Mundi, Quorum est Ecclesiastici, Magi strati oēs.

Pensionem, tributa, atq; vscigalia solvere, & obedire Ecclesiam catholicam Romanam ab iniurijs hereticorum defendere. Pacem conseruare. Viduas ac pupillos ab iniurijs defendere, eorūque causas tuere. Euangelij syncre predicare, Sacramenta iuxta ordinem Romanæ ecclesiæ conseruare, & administrare.

Dei facti, & homines syraceni. Cum tamē essent infidelissimi Iudæi.

Honoris diuini fures, verbiq; diuini falli interpretes: & omnium mandatorum Dei hostes maximi. Cæsareæ maiestatis hostes infensissimi, vt qui sæpius multitudinē ad arma excitassent, multaq; fecissent seditiones in populo, vt eo nomine non semel cladem acceperint.

Magistrum vocant, cuius tamen nō sit esse discipuli. Luc. 6. Quid vocatis me magister & Domine? Veracè prædicant, cuius tamen conciones audire nolunt. Dicunt illum non curare quæquam, nec respicere personam hominum. His dulcibus verbis arbitratur eum liberius prolaturū, quæ sentiat de Cæsare, daturūq; illis optatū responsum.

3. Inquisitionem. Dic nobis, inquit, quid tibi videtur? licet censum dare? Quasi dicerent, Nostis nos esse populum Dei, cui debentur vitæ promissa, victimas, decimas, & holocausta legalia. Iniquè videtur Cæsari tributa dare. In hanc opinionem induxerunt eos pharisæi & scribæ. Inculcabant Iudæis eos esse liberos, & nullis legibus.

Ex hoc Evangelio eliciuntur aliquot doctrine:

I. Christus docet Ecclesiæ autoritatem & regnum, diuersa esse à regno, & autoritate mundi: sic tamē vt neutrum rejiciat, sed potius confirmet. Ad regnum mundi pertinent census, tributa, vscigalia, decime, pensiones & huiusmodi: pertinet & ius, & autoritas effundendi sanguinis humani quādo res postulat, potest ius dicere ciuib; dissentientibus, & quod suum est, vnicuiq; tribuere, rebelles debitis penis punire.

Ad regnum Dei pertinent ex doctrina huius Euangelij, in ius causis ius dicere, filios rebelles punire, ac penas meritas eis infligere. Habet hoc regnum potestatem spiritualem, qua peccantes beneficijs spiritualibus priuat, corporaliūq; penis castigat. Habet enim carcerem, tribunalia, autoritatēque diuinitus concessam, qua animas ipsas ligare possit, si iusta sublit causā.

II. In verbo, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo, ostendit Christus quod magistratus nō debeat exercere tyrannidem in subditis, & cuncta diripere quæ possident: sed debent esse contenti retonio & tributis debitis. Non dicit, Reddite Cæsari omnia: sed quæ sunt Cæsaris. Non instituit Deus magistratū, vt pro suo arbitratu & libidine expleret subditos: sed vt ab illis moderatè exigeret, quæ ad Rempub. honestè gubernandam spectarent. Si autem ingrat grauis & magna necessitas Reipub. tunc contribuendum est magna promptitudine: idq; adeo, vt Reipub. habeat quo possit imminens periculum vitari: peccaretque mortaliter qui hoc facere recusat.

III. A magistratu politico seu profano habemus protectionem corporis atque honorum, iuxta leges patrias. A Deo autem habemus ipsum corpus, & ipsam animā, & post hanc vitam, æternam beatitudinem. Magistratus potest tantum occidere corpus: Deus verò corpus & animam perdere, & in gehēnam mittere, Matth. 10. Si magistratus aliquid contra Dei mandatum præceperit, obediendū magis est Deo, quàm hominibus, Act. 5.

III. Sicuti Deus autoritatem regendi populum præstitit magistratui, & semper promouet: ita magistratus debet Deo, & ipsius sponse Ecclesiæ Romanæ omnem obedientiam. Et sicuti Romana Ecclesia docet populum, magistratui esse subiectū, ita & ipse (qui non sine causā gladium portat) debet Ecclesiam defendere, & subditos suos ad eius obedientiam & reuerentiam compellere: quod ex diuino iure profanus magistratus debet ecclesiastico: & sic adimplebunt præceptum Christi, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Videant Magistratus, qui non modò Ecclesiæ Romanæ rebelles se præstāt, verum etiam vt è medio ipsam tollant omnem lapidem mouent: quid responsum sint Deo, qui eam gubernat, qui eam fouet, & eius causam in se recipit: isti enim cōfusi à facie ipsius fugient in die iudicij, eò quod non reddiderint Deo, quæ Dei erant.

DOMINICA XXIIII.
POST TRINITATIS.

Euangelium Matthæi ix.

*Marc. 5. b
Luc. 8. f*

In illo tempore, Loquente IESVS ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicēs, Domine, filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. Et surgens IESVS, sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier quę sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se, Si tetigero tantùm vestimentum eius: salua ero. At IESVS conuersus & videns eam, dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cùm venisset IESVS in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat, Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cùm eiecta esset turba, intrauit: & tenuit manum eius, & dixit, Puella, surge. Et surrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuersam terram illam.

Hoc

Hoc Euangelium complectitur duo præclara exempla,

Alterum fidei, in Iairo archifynagogo, Muliere agrota.

Alterum charitatis in Christo, qui utriusque tam clementer auxiliatur. Nam Christus

Fides autem Deprehenditur ex eo quod Prociderit ad pedes Iesu, & adorauerit eum, dicens, Domine, filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. Accedens retro, tetigerit fimbriam vestimenti Christi, dicens intra se, Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero.

Mulierem quæ sanguinis profluuio laborauerat annos duo decim, sanauit. Conuersus ad turbam, dixit, Quis me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbam te comprimunt, & dicit, Quis me tetigit? Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis, nam ego noui virtutem de me exiisse. Videns autem mulier quod non latuisset, tremens procidit ad pedes Iesu, & ob quam causam tetigisset eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata fuisset. Et ait Christus ad mulierem, Confide filia, fides tua te salua fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Luc. 8.

Mulierem quæ sanguinis profluuio laborauerat annos duo decim, sanauit. Morus oratione Iairi, surgens sequutus est eum, re ipsa comprobaturus, quod antea docuerat, Non opus habent hi qui sani sunt medici, sed qui male habent. Et quum In itinere esset, & quidam ad principem synagoge venissent, dicentes, Filia tua mortua est, quid ultra vexas magistrum? Ingrederetur domum Iairi, vidissetque turbas, & turbam tumultuantem, (stabant enim omnes atque mortuam plangebant)

Sed fortior erat fides mulieris, quam Iairi archifynagogi. Nam quod

Quibus rebus ostendit, sese in cunctis angustijs & necessitatibus, etiam in morte saluare posse. Quod cum ita sit, tamen adeo cæci sunt homines, ac potissimum Iudei, vt nulla

Noli timere, crede tantum, & salua erit. Quibus verbis fides eius confirmatur.

Quid turbamini, & pleratis? Recedite: non enim mortua puella, sed dormit. Et eiecit turbam, & apprehendit manum puellæ, & ait, Puella, nunc dico, surge. Et contulit reuersus est spiritus eius, & surrexit. Et iussit illi dari manducare, ac præcepit ne aliter diceret quod factum erat.

Iairus pro sanitate filia rogauerit (Iairus, Veni, impone manum tuam super eam, & viuet): argumentum

Sana, Iucunda, Admiranda,

Primò decumbit Iairi filia, morbo correpta, quæ res erat satis acerba.

Secundò orat Christum, vt agnitudinem adimat. Quod cum polliceretur se facturum, & iam esset in itinere, vt fides probaretur, venerunt qui mortuam nuntiauerunt. Tandem hanc fidem lapsam erexit Christus, atque consolatus est illum.

Si non credidisset, ad Christum non accessisset, nec auxiliù implorasset. Credit quidè Christu iuuare posse: sed tantu, si adfuisset præsens, manumque imposuisset. Nam

Ipsos ad fidem sollicitare potuerint, nec promouerint. Quin semper duri manserunt. Metuendum est, ne & nobis contingat quod Iudeis.

Primò decumbit Iairi filia, morbo correpta, quæ res erat satis acerba.

Secundò orat Christum, vt agnitudinem adimat. Quod cum polliceretur se facturum, & iam esset in itinere, vt fides probaretur, venerunt qui mortuam nuntiauerunt. Tandem hanc fidem lapsam erexit Christus, atque consolatus est illum.

Hinc discimus quatuor,

I. Deum non esse personarum inspectorem, sed æquissimū adiutorem omnium, pauperum ac diuitum, Iudæorum atque Gentium, si modò crediderint. Act. 10. ait Petrus, In veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Deut. 10. Qui personam non accipit. Itè 2. Paral. 19. Ephè. 6. Colof. 3. 1. Pet. 1. Aequa benignitate excepit Christus mulierem pauperulam, atque venit ad aedes Iairi archifynagogi. Eodem modo nos, & pauperes & diuites, sanandos excipiet, si tamen ad ipsum venerimus. Festinemus ergo ad Christum omnes qui in aliqua calamitate sumus.

II. Christum in curandis ægrotis non modò verbis vti solitum, sed & membris suis, & tactu vestimentorum suorum. Quæ significant carnem suam diuinitati coniunctam, habere eam potestatem, vt viuificare & sanare animas, & corpora nostra possit. Quod si tactu potest viuificare mortuos, quanto magis immortales erimus, qui Christi carnem veram, & verum sanguinem in Eucharistia comedimus & bibimus? Iohan. 6.

Confirmatur etiam hic dogma illud, quod Ecclesia catholica Romana tenet, de Reliquiarum virtute, qua quamplurimi acri curantur. Si Christus per tactum fimbriæ vestimenti sui, mulierem tunc sanauit: quare non modò poterit tactu eiusdem fimbriæ sanare tangentes? Si Pauli femicinctia & sudaria expulerunt languores Christianorum ægrotantium: quare aliorum Sanctorum reliquæ, Virginis Mariæ, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, &c. id modò non præstabunt? Si Christiani Ephesini Act. 19. summa reuerentia venerabantur femicinctia & sudaria Pauli, & vtebantur sine idololatria ad suas ægritudines depellendas: quare & nos modò non venerabimur ossa illa & vestes, in quibus habitauit Spiritus sanctus? Lutherus, Brennius, Calvinus, arguunt Christum, reprehendunt Paulum. Nos Catholicos, quod facimus, ab illis discimus. Si mortuus ex solo contactu cadaueris Elisei resurrexit, vt legimus 4. Reg. 13. quare ex contactu Apostolorum non sanabuntur ægritudines?

III. Quamuis mulier, quæ obnoxia sanguinis profluuio ab annis duodecim, impendisset omnem in medicos substantiam, tamen à nullo fuerat curata. Quo exemplo discimus, medicinam ideo non esse contemnendam. Nam ægrotos aliquot Deus sibi conseruat, in quorum sanatione glorificetur suo tempore.

III. Christianorum mortem non esse veram mortem, sed somnum. Quædammodum enim homines cubitum eunt, non vt in lecto perpetuò iaceant, sed paululum quiescant, surgantque alacriores: sic mortui in terram conduntur, non vt in aeternum illic maneant, sed vt ad tempus requiescant, & in nouissimo die glorificatis corporibus resurgant ad vitam æternam. Fuerunt enim habitacula Dei omnipotentis, & viuæ templi Spiritus sancti. Ideo resuscitabuntur in nouissimo die ad beatitudinem & gloriam æternam. Amen. 1. Corint. 15.

DOMINICA XXV. POST
TRINITATIS.

Euangelium Matthæi xxiiij.

In illo tempore, Egressus **I E S V S** de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius ut ostenderet ei ædificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis, Videtis hæc omnia? Amē dico vobis, nō relinquetur hīc lapis super lapidē qui nō destruat. Sedēte autē eo super Montē oliueti, accesserunt ad eū discipuli secretō, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signū aduentus tui, & consummationis seculi? Et respondens **I E S V S** dixit eis, Videte ne quis vos seducat, multi enim veniēt in nomine meo, dicētes, Ego sum Christus: & multos seducēt. Audituri enim estis prælia & opiniones præliorum. Videte ne turbemini. oportet enim hæc fieri: sed nondū est finis. conserget enim gens in gētem, & regnū in regnū: & erunt pestilentie, & fames, & terremotus per loca. hæc autē omnia, initia sunt dolorū. Tūc tradēt vos in tribulationē, & occidēt vos: & eritis odio omnibus gētibus propter nomen meū. Et tūc scandalizabuntur multi: & inuicē tradent: & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent: & seducēt multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorū. qui autē perseverauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimoniū omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio. Cū ergo videritis abominationē desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantē in loco sancto: (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, nō reuertatur tollere tunicā suam. Væ autē prægnātibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autē ut non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbatho. erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mūdi vsq; modō, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies &c.

Marc. 13. a
Luc. 21. b

Luc. 19. g

Eph. 5. b
Colof. 2. d

Iohan. 15. c
16. a
Matt. 10. c

Marc. 13. b
Luc. 21. d
Daniel. 9. g

Act. 1. b

Hoc Euangelium complectitur signa de

Templi Ierofolymitani deuaftatione,

Seculi confummatiõe.

Et ante vtrūq; tempus suboriẽtur & surgent

Pseudochrifti, qui nidentur hominibꝰ perfuadere, fe effe Mefſiam. Huius generis fuerunt apud Iudeos,

Iudas Galileus, Theudas, Act. 5.

Magus Aegyptius, Simon Magus in Samaria, Act. 8.

Ben Cuziba, ſub Hadriano Cæfare.

Pseudopropheta, qui populū ſub ſpecie religionis ſeducunt. Huius generis fuerunt apud Chriftianos,

Mahometus, Arrius, Cerinthus, Donatus, Ebion, Manicheus, Sabellius, Pelagius, Lutherus, Melancthon, Brentius, Caluinus, Anabaptiſta, Sacramentarij.

Ponit autem Chriſtus tria ſigna deuaſtationis tẽpli,

Furorem armorum.

Obſidionem Seſſij Galli. de quo Joſephus belli Iudaici lib. 2. cap. 23.

Abominatiõe deſolationis, à Daniele prædictã: nẽpe C. Caligulæ Caſarũ imaginẽ, quã templo Petronius intulit, eamq; adorari præcepit, Philone teſte.

Oſtendit autẽ Chriſtus quibus medijs hæc mala poſſint eſturgere, & ait,

Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.

Qui in reſcõ, nõ deſcendant tollere aliquid de domo ſua.

Qui in agro, nõ reuertatur tollere tunicã ſuam.

Vã autem prægnantibus & nutribus in illis diebꝰ.

Orate autem ne fiat vobis hæc.

Er̄t enim tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mudi vſq; modo, neque fiet. Et nõ breuiari iuſſent dies illi, nõ fieret falua omnis caro: ſed propter electos breuiabitur dies illi. Tõc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim

Pseudochriſti,

Pseudopropheta.

Et dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poſſit) etiã electi. Ecce prædixi vobis.

Hæc horribilia calamitatum expleta nõ bis quoq; metuenda ſunt, & maxime obſeruanda. Nam ante conſummationẽ ſeculi

Audietur prælia, & rumores præliorum, Exurget gens contra gentem, Charitas iacebit reſecta & extincta, Multi iactabunt ſolam fidem, Abſidabit iniquitas, Nuſquam tutæ fides, Oppreſſa iacebit iuſtitia, Euangelium prædicabitur in toto orbe, Turca trucidabit corpora, Hæretici animas, Surgent varij hæretici, Pseudodoctores, Lutherani, Anabaptiſta, Sacramentarij, Et vitia neſandiſſima.

In omnibꝰ his calamitatibus nulla alia eſt ſi delium efficacior conſolatio, q̄ quod Chriſtus ait, Matt. vltimo, Ecce vobiscũ ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationẽ ſeculi. Et Lu. 12. Nolite timere puſillus grex. Sic enim complacuit Patri dare vobis remediũ. Et in fine huius Euangelij, Vbi cunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aequilæ. Quafi dicat, Vbi corpus, ibi membra: vbi dominus, ibi ſeruus: vbi magiſter, ibi diſcipuli. Breuiter, Vbi ego ſum, inquit, ibi & vos critis, in regno meo, in æterna beatitudine. Si tũ

In fide & charitate Chriſti vltimum claudamus diem.

In obedientia ſponſe eiꝰ Ecclẽſiæ Romanæ, vſq; in finem perfeuerauerimus.

Malis quæ cõmiſimꝰ in viciũ & proximum, medicinalis poenitentiæ remedio reparatis, & confeſſionis ſacramento ſublatis, e vniũs diſcedamus.

Quæ tria adeo ſunt neceſſaria, vt ſine illis acerbitatem, & condemnationẽ huius ſupremi iudicij nemo vnquam (etiã fidẽ maximẽ iactet, & dicat, Domine, Domine) vitare poterit.

Porrò duo ſunt in hoc Euangelio maxime notandæ,

I. Bonitas Dei, quam inde cognoſcimus, quod velit nos tanto tempore ante admonitos huius ſui futuri iudicij. Non enim admonebit nos vna ſeptimana ante, aut duobus vel tribus annis: ſed abhinc annos mille quingentos non deſtitit ſingulis annis nobis, noſtris maioribus, & ſequutur, huius horrendi diei memoriam per ſuos miſtros annuntiare & inculcare. Vnde deprehendere licet quod inuitus nos puniat ac damnet.

II. Grauiſſima acerbiffimãq; illa tormẽta futura, quæ ſigna tã tremẽda atq; horrenda præcedunt. Diſcamus igitur timere iudicem ſeu uerum terribilẽque malis: & eundem amemus dulcem atque benignum redemptorem, qui æternis illis cruciatibus nos liberabit, dabitq; ſi noſtra exigãt merita, beatitudinem æternam, Amen.

APPENDIX.

Aduertendum ex Euangelica hac hiſtoria, quod quemadmodum olim Ierofolymitanis ſua ciuitati euerſionẽ Chriſtus prædixit, & ſigna priũs deſignauit, quæ tantam calamitatem erant præceſſura, vt ſi velent, in tempore reſpicerent ſibi que de eſſugio proſpicerent, alioqui perituris, atque omnia quæ Chriſtus prædixit ita euenerunt, nam ciuitas fuit euerſa tanta preſſura & miſeria, vt nulla vnquam ab orbe condito maiori anguſtia, atque funeſtiori clade perierit: ita quæ nobis Chriſtus prædicit de futuro iudicio, de ſignis quæ ipſum præcedent, re ipſa experiemur. Proinde ſicut olim Iudæi, qui audita euerſione ſua ciuitatis, & Chriſti horrenda comminatione poenitentiam agentes, miſericordiam conſequuti ſunt, & ſalua relinqui vero duri obſtinatique perierunt: ita & nobis futurum exiſtitemus, & validẽ perſuadeamus. Si cum Chriſtum per concionatores audimus clamantem futurum iudicium, præmonſtrantem ſigna, vbi conſulimus, de que corrigẽda vita cogitamus, vt ipſum placare poſſimus: inueniemus proſectõ in illa die eam miſericordiam, quam mater Machabæorum ſuis filijs exoptabat, 2. Macha. 7. Coronabit nos Dominus in miſericordia & miſerationibus, Pſal. 102. Fiet nobis iudicium cum miſericordia, ſi viuetes fecerimus miſericordiam cum noſtris animabus, & cum proximis noſtris. Quod ſi ſecũs peribimus, æternũ conciliandũ: ſicut auarus diues, Luc. 16. peruerſus Cain, Gene. 4. & alij mali, qui iuſto Dei iudicio æterno igni cruciantur.

DOMINICA VLTIMA
POST TRINITATIS.

Euangelium Matthæi xxv.

In illo tempore dixit *IESVS* discipulis suis, Cùm
uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes
angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis
suae: & congregabuntur ante eum omnes gentes, &
separabit eos abinuicem, sicut pastor segregat oves
ab hœdis: & statuet oves quidem à dextris suis, hœ-
dos autē à sinistris. Tunc dicet Rex his qui à dextris
eius erunt, Venite benedicti Patris mei, possidete pa-
raturum vobis regnum à constitutione mûdi. esuriui
enim: & dedistis mihi manducare. sitiui: & dedi-
stis mihi bibere. hospes eram: & collegistis me. nu-
dus: & operuistis me. infirmus: & visitastis me. in
carcere eram: & venistis ad me. Tunc respondebunt
ei iusti, dicentes, Domine, quando te vidimus esu-
rientem, & pauimus: sitientem, & dedimus tibi po-
tum? quando autem te vidimus hospitem, & colle-
gimus te: aut nudum, & cooperuimus te? aut quâdo
te vidimus infirmum, aut in carcere: & vénimus ad
te? Et respondens Rex, dicet illis, Amē dico vobis,
quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis,
mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris erunt,
Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui pa-
raturus est diabolo & angelis eius. esuriui enim: & nō
dedistis mihi manducare. sitiui: & nō dedistis mihi
potum. hospes eram: & non collegistis me. nudus:
& non operuistis me. infirmus, & in carcere: & nō
visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes,
Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitien-
tem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in
carcere: & non ministrauimus tibi? Tunc responde-
bit illis, dicens, Amen dico vobis, quandiu non fe-
cistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibūt
hi in suppliciū æternū: iusti autē in vitam æternam.

Isa. 58. b
Ezech. 18. b

Ecll. 7. d

Psal. 6. c
Matth. 7. d
Luc. 13. f

Iohan. 5. c

Euan:

Euangelium hoc completitur aduentum Christi ad iudicium in nouissimo die, & indicat quatuor,

I. Quo modo Veniet Dominus ad iudicium.

1. In Nube, Tuba, Voce Archangeli, Igne, Gloria & maiestate magna.

2. Cum sanctis angelis.

3. In vallem Iofaphat. Ioël. 3.

II. Quo modo resurgent omnes, & tam viui quàm mortui stabunt ante tribunal Christi.

Qua qualitate. Immortales corpore & anima, sed non omnes immutabimur. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. 1. Cor. 15. Augustinus in Enchirid. ad Laurentium cap. 84. tractat de qualitate resurgentium vsque ad cap. 95.

III. Qualis erit processus in die iudicij extremi. Hic verò stabit in turbus,

1. In fregatione bonorum à malis, piorum ab impijs, ouium ab hædis.

2. In æstimatione operum.

3. In vltima sententia.

Quando Dicit

Pijs: Esuriui, Sitiui, Hopes eram, Nudus, Infirmus, In carcere eram.

Impijs: Esuriui, Sitiui, Hopes eram, Nudus, Infirmus, & in carcere.

Dicit his qui à

Dextris: Venite benedicti Patris mei, possidete paratū vobis regnū à consiliacione mundi.

Sinistris: Maledicite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius.

Quædam

Oues: Audiant, & sequuntur. Iohan. 10. Oves meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me.

Hædi: Contumēt, & dicunt, Nolumus hūc regnare super nos, Luc. 19.

Pijs: Manducare. Bibere. Me.

Impijs: Manducare. Potum. Me.

In iusti & pij: Vitam æternam.

In iniusti & impij: Supplicium æternum.

Christus Matth. 24. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & maiestate. Paulus 1. ad Thess. 4. Ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei, descendit de cælo, &c. David Psal. 49. Deus noster veniet, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in conspectu eius tempestas valida. Malachi 4. Dominus veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes facientes impiorum signa. Zacharia 14. Dominus veniet, & omnes angeli cum eo, & erit in die illa lux magna. Ioël 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iofaphat, & ibi disceptabo cum eis. Christus Ioh. 5. Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Dei, & qui audierint, viuent. Idem Matth. 25. Congregabuntur ante eum omnes gentes. Paulus 1. Cor. 4. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referatur vniusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

I. Omnia quæ propheta vaticinati sunt, videmus impleta. Christus natus est, predicauit Euangelium, curauit languidos, traditus est, crucifixus, mortuus, sepultus, resurrexit, ascendit ad cælos, misit Spiritum sanctum. hæc omnia facta sunt. Non dubium, quin & ea quæ de iudicio extremo prædicta sunt, fient.

II. Sicuti corporis interturi signa sunt validi morbi ex vitiosa temperatura qualitatum exorti: ita mundi finem prædicunt horridi tumultus, quos homines ipsi sibi conciscunt, prauis cupiditatibus seruientes.

III. Non est cessandum in hac vita: sed ita viuendum, quasi dies ille hodie esset venturus. Obrepet enim improbitas. Proinde semper curandum ne opprimat nos imparatos. Siquidem vbi semel venerit, iam ferum fuerit iarcire superiorem insolentiam.

IIII. Conspexerunt Apostoli Iesum visibili quidem forma, sed immortal corpore proficiscentem in cælum. Sic olim rediturus est: vt iudicis speciem agnoscant, qui hic saluatoris speciem agnoscerent non luerunt. Non redibit humilis, sed è sublimi multa cum gloria exhibebit sese oculis omnium. Pauci viderunt eundem, redeuntem videbunt vniuersi. Act. 1. Apocal. 1.

Notandum est, Euangelio hoc confirmari articulum nostræ fidei in simbolo contentum, scilicet, quod Christus venturus est, iudicare viuos & mortuos. Christianè hinc hæreticos admonitos cupiam, vt euigilent tandem, emeantque ex altissimo illo somno quo adhuc dormiunt: qui cum audiant Christum aperte dicentem, Ite maledicti in ignem æternum: quia esuriui, & non paupis me &c. audent affirmare opera in iudicio non esse discutienda, nec iudicanda secundum eam, sed tantum secundum fidem quam vnusquisque habuit. Christus non dicit, Venite benedicti Patris mei, &c. quia credidistis: sed quia esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere &c. Nec dicit, Ite maledicti in ignem æternum, &c. quia non bene credidistis: sed quia esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c. Qua tandem fronte audent tam apertam sententiam deprauare, et suo sensui accommodare? Christus Matth. 16. ait, Filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum operatus. Non dicit, secundum fidem eius. Paulus 2. Corinth. 5. testatur quod in illa die vnusquisque sit reaturus secundum opera sua. Hæretici contra, secundum fidem tantum. Nos verò cum catholica Christi Ecclesia consistemus, omnes in die iudicij iudicandos secundum opera, & secundum fidem. Nam hæretici quauis probatissimam inculpatisimamque vitam egerint, iudicabuntur secundum fidem (imò perditionem), & damnabuntur. Qui expressum Dei verbum crepant, non debent tantæ claritati nimbos errorum obducere.

SEQVNTVR
TABVLÆ EVANGE-
LIORVM DE SANCTIS.



IN FERIIS DIVI ANDREAE
APOSTOLI.

Euangelium Matthæi iij.




N illo tempore, Ambulans IESVS Marc. 1. a
Luc. 5. a
iuxta mare Galilææ, vidit duos fra-
tres, Simônem qui vocatur Petrus,
& Andream fratrem eius, mittentes
rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis,
Venite post me: & faciam vos fieri piscatores ho-
minum. At illi continuò relictis retibus secuti
sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos
fratres, Iacôbum Zebedæi & Iohannem fratrem
eius in naui cum Zebedæo patre eorum, refici-
entes retia sua: & vocavit eos. Illi autem statim
relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

tt *Hoc*

In ferijs Diui Andreae Apostoli, Euangelium Matthaei IIII.

Hoc Euangelio proponuntur nobis tres doctrine,



III. Obedientiae, quam Andreas & Petrus vocationi Christi praesertunt. Nam ad primam Christi vocem, omnia negligunt, non curant vxores, non filios, non patres, non res, nec rerum suarum iacturam pertimescunt: sed aliquid magni se inuenisse putantes, mox absque mora Christum sequuntur. O felices viros, o admirandam obedientiam, o dulces animos, qui ita Christo parent, vt propter eum quem pauperem videbant, nec semel ante confpexerant, suas diuitias, notos, atque familiares relinquunt. Vnde nostra conuenitur pernicacia atque obduratio, qui ad tot ac tantas voces Christi vocantis per Prophetas, per Apostolos, per angelos, per miracula, per internas inspirationes, ad Christum venire negligimus. Sed quare veniunt Apostoli? quia voluerunt: quare crediderunt? quia visum fuit illis. Sed vt vellent, & vt illis ita videretur, Deus in illis operatus est. Augulf. Gratia non tollit liberum arbitrium, sed confirmat: pericit, non destruit.

IN FERIIS DIVI NICO-
LAI EPISCOPI.


Euangelium Lucæ xix.

In illo tempore dixit **I**ESVS turbis parabolam hanc, Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decem seruis suis dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam: ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicens, Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter venit, dicens, Domine mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait, Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit, dicens, Domine, ecce mna tua quam habui repositam in sudario. timui enim te, quia homo austèrus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicit ei, De ore tuo te iudico serue nequã. sciebas quod ego homo austèrus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris utiq; exegissem illam? Et astantibus dixit, Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei, Domine habet decem mnas. Dico autem vobis quia omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me.

Luc. 8. c
Matth. 13. b
25. c
Marc. 4. c

Huius

Huius Euangelij parabola complectitur tria,



IN FERIIS DIVI THOMAE APOSTOLI.

Euangelium Iohannis xx.

IN illo tempore, Thomas vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit IESVS. Dixerunt ergo ei alij discipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit IESVS ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus & Deus meus. Dicit ei IESVS, Quia vidisti me Thoma credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt.

xx

Historia

Historia huius Euangelij continet tria,

I. Incredulitatē Thomæ, quæ elicitur ex tribus:
1. Conuersatus diu cū Christo, eius diuinas conciones audiuerat, miracula viderat, Christūque suam mortem prædicentem adiuerat: Filius hominis crucifigetur, & tertia die resurget. Luc. 18.
2. Audierat à mulieribus, Dominum resurrexisse. Luc. 24.
3. Audiuerat quoque à discipulis quòd dicerent, Vidimus Dominum.

Sed hæc omnia obstinato animo negabat, dicens, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum &c. non credam, Hæc responsione committit tria grauiora peccata:

1. Sentit de seipso simplex hominatus non fuisse.
2. Arguit multos mendacj.
3. Christi verba pro vanissimis habuit.

Videntur hæc ratione

Pontifices Annæ, Caiphæ, Pharisei & Scribæ,

Maiorem fidem habuisse de Christi resurrectione, quàm Thomas: nam crediderunt custodibus sepulchri, dicentibus Christum resurrexisse: dederuntq; illis pecunias, vt dicerent, quòd discipuli illum nocte furati essent: quod profectò nunquam fecissent, nisi custodibus Christum à mortuis resurrexisse affirmantibus fidem adhibuissent. Matth. 28.

II. Bonitatem & sollicitudinē Christi erga Thomā, quæ deprehenditur ex tribus:

1. Apparet illius causā, vt ipsum ad fidem adducat, & in eo articulum resurrectionis confirmet.
2. Sinit se tangi, & ait; Inter digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum.
3. Facit ex incredulo beatissimum, Apostolum, ac certissimum resurrectionis suæ testem.

Nam Inspectio, Firmū, Deinceps, Vltra, Nationibus, Urbibus, Pagis, Hominiibus, Conspiciendū, Obijcere: sed selegit tantum 40. dies post resurrectionem, in quibus voluit sese Visibilem, Ostendere: nō tamen cuius, sed solum Apostolis, qui testimonium perhiberēt in Ierofolymis, Iudæa vniuersa, Deniq; vsq; ad extrema terræ. Nō erat missus in propria persona, nisi ad oves quæ perierant domus Israël. Si roget quis quare. Inscrutabilia sunt iudicia Dei.

Thomæ in vulneribus & cicatricibus Christi tam Solidū

Fundamentum fidei nobis recit, vt

Vltra

Nationibus, Urbibus, Pagis, Hominiibus

Conspiciendū, Obijcere: sed selegit tantum 40. dies post resurrectionem, in quibus voluit sese Visibilem, Ostendere: nō tamen cuius, sed solum Apostolis, qui testimonium perhiberēt in Ierofolymis, Iudæa vniuersa, Deniq; vsq; ad extrema terræ. Nō erat missus in propria persona, nisi ad oves quæ perierant domus Israël. Si roget quis quare. Inscrutabilia sunt iudicia Dei.

Palpandum, Visibilem

Palpabilem

Palpabilem

Palpabilem

Palpabilem

Palpabilem

Palpabilem

III. Confessionem Thomæ, & nostram beatitudinem. Mox enim vt Thomas

Vidit Christum stantem in medio discipulorum,
Si nunc sancta Trinitas virginē Mariam hac salutatione dignata est alloqui: cur nos detrectemus eam iisdem verbis salutare? Cam enim ipsa, respexit humilitatem ancillæ suæ. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Si hæc verba sunt implenda, oportet profectō esse qui eam laudibus euehant, & ornent. Sed Iudæi, Turcæ, gentiles, Lutherani, & alij hæretici id non faciunt, quin iniurijs afficiunt: quo modo ergo erit verum, quod Spiritū sanctū affirmat Lucas dixisse per os Mariæ: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes? Quare nostri erit officij, vt nos qui catholicam religionem, veram, & antiquā retinemus, eam summis laudibus euehamus: inuocando eius fauorem, petendo subsidium nostris calamitatibus leuandis, intercessionem eius ardentius implorando: quōdque ipsius animum mirifice in nos propensum reddet, diuinas eius virtutes imitando.

III. Dialogiū angeli Gabrielis, & virginis Mariæ.

Consolata paululum Maria, respondet angelo, Quomodo fiet istud? Quoniam virum non cognosco.

Nō dubitat de verbo diuino: credit vera esse omnia illa prophetarū vaticinia quæ frequenter legerat, in quibus contemplandis non parum temporis insumperat. Credit iuxta verbum angeli, se matrem Iesu futuram.

Ecce concipies in utero, & paries filiū, & vocabis nomē ei⁹ Iesum. Lu. 1. Mat. 1. Is erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Dan. 7. Et dabit illi Dominus Deus sedē Dauid patris eius. Et regnabit in Domo Iacob in æternum, Et regni ei⁹ nō erit finis. Mich. 4. Dan. 7.

Magis miramur quam quæ de beatis, tamē est est ista. Hæc cōsuetudo filium Mariæ esse quem Deus & homines adorabunt in cōcordia, in maiestate, & in morte.

Ac præter illa quæ de regno eius prædicti prophetae sunt vaticinati, & alia quæ amplissima reperire est, quæ Dauid Regem nostrum habiturum affirmant. Dicit enim Plal. 71. illum futurum Regem, scilicet

Iustum: Iudicabit, inquit, pauperes populi, & humiliabit calaniatorē. Multi domini: Et dominabitur à mari vsque ad mare. Adorandum: Adorabunt eum omnes reges terræ. Liberator: Liberabit pauperem à potente. Clementem: Parcet pauperi & inopi.

Acternæ vitæ, Aurū habebit Arabicum, nō quoduis, Timebunt eū inimici eius, Acternum,

Et viuet. Et dabitur ei de auro Arabia. Corā illo proident Aethiopes & inimici ei⁹ in terrā cōcidēt. Et permanebit cum sole & ante lunā, in generatōe & generationē.

Angelus respondit, Spiritus sanctus superueniet in te, Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.

Quasi dicat, Sicuti illa quæ ex me audisti diuina sunt, & non humana: ita & modus architecti diuini erit, & non humanus: Spiritus sanctus erit architectus, in te perficiet opus Dei priusquam cumulatissimæ celestibus donis in corpore & anima: atque eius virtute concipies.

Legimus admirandā & tremendā illa signa, quæ fecit Deus per Moysen & Aaron in liberatione populi ex Aegypto de manu Pharaonis. Exod. 8. 9. 10. & c. Moses vt confirmaretur in illis, vidit rubrum ardentem & non exustum. Ibid. 3. Iosue vellus rore cooperit in medio areæ sicca: & iterum siccam in medio areæ rore persusa. Iud. 6. Sic Ihsai dicebat Achab. 1. 7. Pete tibi signū à Dño. Sic Iudæi perebāt signū à Christo, Math. 12. Luc. 11.

Si aliqua videantur obscuriora: Christus qui Ecclesiæ dedit scripturas, idem illi reliquit Spiritum sanctum, qui ipsi interpretetur & doceret omnem veritatem. Ad hanc confugiamus, vt quæ columna & firmamentum sit veritatis. 1. Tim. 3.

Dixit Maria ad angelum, Quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco. id est, Voui virginitatem, quomodo salua & illa mea virginali pudicitia poterō esse mater?

Voluit angelus ita inferre: Si potuit Deus vuluam Saræ, ob ætatis seniti concipiendæ proli ineptam, conceptiōni aptam facere: poterit & nunc sua admirandā potentia, inscrutabilique sapientia perficere, vt tu qui virginitatem vouisti, incontaminata concipias & parias. Esto obediens diuino mandato, reliqua omnia, tēque ipsam ipsius potentie ac bonitati cōmitte: quia non est impossibile apud Deum omne verbum.

Vtinam Caluinus, atque alij pleriq; sententiam hanc Dei potentiam declarantem, pro sua dignitate expendissent: nunquam eō demētiæ prorupissent, vt contra verba Trinitatis per angelum prolata, affirmarent Christum corpore glorificato post resurrectionem non potuisse inanis clausis ingredi cœnaculum discipulorum: indeq; negare, verū corpus Christi, quod de virgine fuit natum, & in cruce passum, sub speciebus panis, & vini in sacramento subsistere. Qui cum hoc negant, necesse est erudiant partem illam symboli, qua consistuntur Dei omnipotentiam, dicentes, Credo in Deum omnipotentem: tollant, Omnipotentē, & substituant, Aliquid potentem. Secundō necessariō sequitur ipsos negare virginitatem Mariæ, nam si glorificatus & impassibilis non potuit inanis clausis ingredi: multo minus potuit passibilis, nodūmq; glorificatus intemerata virginali matris pudicitia ex sanctissimo eius utero nasci. Hoc quā sit impium, quāq; sacrilegū, facile iudicauerit is, quē vel minimus religionis catholice amor afficit. Nos credentes Deum omnipotentē, credimus id quod nos angelus, vel ipsa potius sancta Trinitas docuit: Quia non est impossibile apud Deum omne verbum.

Angelus confirmat Mariam signo & exemplo, Ecce Elizabeth cognata tua. Ecce, id est considera, expende eius conditiones: at tamen concepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi quæ vocabitur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Virgo sanctissima Erat Iudæa, & Iudæos (ita Deo volente ipsorū infirmitati cōsultere) quando aliquod magnū sacramentum futurum illis prædicabat, signo confirmabat. Ita

Simulātque Maria respondit, Spiritus sanctus repleuit, & cōcipit nō hominē tantū, sed Dei, veri altissimi Dei, saluatorē mundi. Et reparauit Maria, quod Heus perdidit. Dicit istiq; angelus à Maria: & accessit Dei filius Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in seculū ætèrnū.

Concepti Virgo sanctissima hominē Deū factū, & Deū factū hominē. Vnde fideles rectē eam Dei genitricē & matrem vocamus, cuius intercessionem vitam æternam speramus, Amen.

Fuisset huiusmodi signis à Deo assuetus, Virgoque sanctissima in his scripturis tractandis fuit exercitissima: voluit illam Deum confirmare signo illo de Elizabeth.

Confirmata in fide Maria

Verbis, Respōdit angelo, Exemplis, Ecce ancilla Domini, Fiat mihi secundū verbum tuum. Laudatur Maria ab humilitate & prudentia in responsō.

Simulātque Maria respondit, Spiritus sanctus repleuit, & cōcipit nō hominē tantū, sed Dei, veri altissimi Dei, saluatorē mundi. Et reparauit Maria, quod Heus perdidit. Dicit istiq; angelus à Maria: & accessit Dei filius Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in seculū ætèrnū.

Concepti Virgo sanctissima hominē Deū factū, & Deū factū hominē. Vnde fideles rectē eam Dei genitricē & matrem vocamus, cuius intercessionem vitam æternam speramus, Amen.

Fuisset huiusmodi signis à Deo assuetus, Virgoque sanctissima in his scripturis tractandis fuit exercitissima: voluit illam Deum confirmare signo illo de Elizabeth.

Concepti Virgo sanctissima hominē Deū factū, & Deū factū hominē. Vnde fideles rectē eam Dei genitricē & matrem vocamus, cuius intercessionem vitam æternam speramus, Amen.

DE SANCTIS QUORVM
FESTA INTER PASCHA ET
PENTECOSTEN OCCVRRVNT.


Euangelium Iohannis xv.

Iohan. 13. b

In illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est.
Omnem palmitem in me non ferentem fructum,
tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit
eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis
propter sermonem quem locutus sum vobis. Ma-
nete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non po-
test ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vi-
te: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vi-
tis: vos palmites, qui manet in me, & ego in eo,
hic fert fructum multum: quia sine me nihil po-
testis facere. Siquis in me non manserit: mittetur
foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, &
in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me,
& verba mea in vobis manserint: quodcunque
volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus
est Pater meus: vt fructum plurimum afferatis,
& efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pa-
ter, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.
Si precepta mea seruaueritis, manebitis in dile-
ctione mea: sicut & ego Patris mei precepta ser-
uauit, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus
sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit, & gau-
dium vestrum impleatur.

In hoc

In hoc Euangelio depingit Christus Ecclesiam: & ostendit tria,



IN FERIIS PHILIPPI ET
IACOBI APOSTOLORVM.

Euangelium Iohannis xiiij.

IN illo tempore dixit IESVS discipulis suis,
Non turbetur cor vestrū. Creditis in Deū, & in
me credite. In domo Patris mei mansiones mul-
tæ sunt, si quò minus: dixissem vobis, Quia vado
parare vobis locum. Et si abiero, & præparauero
vobis locum: iterū venio & accipiam vos ad me-
ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quò ego va-
do scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas, Domi-
ne, nescimus quò vadis: & quomodo possumus
viam scire? Dicit ei IESVS, Ego sum via, & veritas,
& vita. nemo venit ad Patrem nisi per me. Si
cognouissetis me, & Patrem meum utiq; cognouissetis:
& á modo cognoscetis eum, & vidistis eum. Dicit ei
Philippus, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.
Dicit ei IESVS, Tanto tempore vobiscum sum, & non
cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem.
Quomodo tu dicis, Ostende nobis Patrem? Non credis
quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ
ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem
in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia
ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter
opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit
in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora
horū faciet, quia ego ad Patrem vado. Et quodcunq;
petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur
Pater in filio.

Ioh. 16. e. f

Matth. 7. a

Marc. 11. c

H h *In hoc*

In hoc Euangelio Christus facit tria,

I. Consolaturos suos discipulos contra imminentem crucem, promittitque caelestem habitationem apud Patrem.

In hac consolatione vitur valde familiaribus verbis, vt facile sit videre

Quo modo diuinum eius cor amore in discipulos flagrat.

Quam sollicitam coram habuerit, vt etiam suae passionis obliuisceretur.

Ait aut,

In domo Patris mei mansiones multae sunt.

Si quod minus, dixissem vobis, Quia vado parare vobis locum.

Si abiiero, & preparauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.

Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

Creditis in Deum, & in me credite.

Quasi dicit,

Ne turbemini, etiam si auditis me moriturum, neque vilius metus vos opprimat.

Si in Deum creditis, id est, si ipsum iudicatis potentem, bonum, in ipsoque animi vestri fiduciam collocatis, sperantes quod possit vos liberare: idem de me vobis pollicemini. Credite in me qui sum aequalis Patri.

Si Satan & Iudaei impij tyranni vos ad suas sedes admittere noluerint, ne turbetur cor vestrum. Nam in domo Patris mei mansiones multae sunt.

Si quod minus, id est si aliter resse haberet, ac soli mihi esset locus, dixissem vobis modo, Quia vado vobis parare locum. Auferat de medio animarum voratores, Satanam, mortem, infernum, vt liberu ac tutu habeatis ad Patrem aditum: quod non fieret, nisi mea morte intercedente.

Et quauis modo discedam, no vos profusus deserat, longe mihi chariores estis, q vt vos inter tot Iudaeos tyrannos absq; consolatione relinquit. Iteru venia, & in sedes illas vobis ab origine mundi destinatas, vrsifumam: vt vbi ego su, illic & vos sitis.

Quasi dicit, Non turbetur cor vestrum, neque formidet? Vobis dicuntur illa verba, nobis loquitur Christus, vt no turbetur neque formidemus, quauis hinc Turca, illinc Mauri, a Lutherani & reliqui haeretici in nos infurgant. Credamus Iesum Christu Patri aequalem potentia, maiestate & gloria. In eum credentes, speremus quod, nisi nostra peccata impediunt, nos liberaturus sit de ore leonum. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, Psal. 117. Quid amabilius nobis vel familiarissimum amicus promittere potuisset, quam si dicat, Si alibi non est tibi locus, si in certa sede vagaris, diuertere ad me, non in viciniam, non in hoc spem, sed in domum Patris mei, te gratissimo animo excipiam. Hanc habitationem optauit Dauid, quando dicebat Psal. 134. Vnam petij ad Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae. Item Paulus Philip. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Quid gratius quam verbum Dei? quod permanet aeternum: Si quod minus, dixissem vobis. Quia que Christus tradidit, in hac vita fide vult ad nobis credantur. Ipse sua bonitate praecedit, vter quod nobis est ingrediendum, praus a latronibus liberet, potestates aereas vincat, & liget, praua directa faciat, & montes humiliet, & conualles impleat.

Nihil stauis, nihil grandius nobis polliceri potuit, q cu ait, Vbi sum ego illic & vos sitis. Admittatur celum, pauent inferna, vbi audiunt homine cu Deo futurum, creaturam cu creatore, seruum cum domino, peccatorem cum ipsa sanctitate.

Laban propter Iacob, Gene. 30.

Agypto propter Ioseph. Ibi. 39.

Syria propter Naamam. 4. Re. 5.

Perse propter Danielem.

Christum, & propter nomen eius, id est, propter incarnatione, natiuitatem, passionem ac mortem, atq; propter alia sacramenta & mysteria generis humani concedit nobis Deus omnia que ad salutem corporis & animae sunt necessaria.

Sanctos ac iustos, seruat regna, ciuitates, imperia, priuatas aedes: in ipsisque pacem & temporalia interdu multiplicat.

Dilectum suum Filium, atque Sanctos, Ecclesiam catholicam immunem seruat ab haeresibus.

Ideo Ecclesia ex Apostoloru traditione, in fine earum orationum, quas vniuersalis canit Ecclesia, cocludit: Per Dominum nostrum Iesum Christu, id est, per virtutem passionis eius & mortis, petimus no bis concedas quod supplicamus.

Ambrosius lib. de Isaac & anima ait, loquens de Christo, Ipse enim os nostru est per quod Patri loquimur, oculu? videm? dextra nostra per qua nos Patri offerim? quo nisi intercedente, nec nobis nec Sanctis quicquam cu Deo est.

Sicuti nihil De? Pater nobis cecedit, nisi per Christu: ita nihil a nobis vt gratu accipit, nisi per Christu oblatum.

II. Si de via dubitauerimus, docet se esse viam ad Patrem.

Dicit enim, Ego sum via, & veritas & vita.

Thomae mirum videtur, quod Christus dicat eos viam scire. Ideo respondet, Domine, nescimus quod vadis: & quomodo possumus via scire? Sed quo modo haec conueniunt?

Thomas autem negat.

Christus ait eos viam scire,

Sciebant discipuli Christum passurum, & cohibebatur eum esse filiu Dei. Sed haec confessio fuit infirma, fuitque adhuc in eis quaedam

Scripturae ignorantia.

Incredulitas,

Via,

Veritas,

Vita,

Philippos inquit, Dominus ostendit nobis Patrem, & factus est nobis.

Christus respondit, inquit, Philippi, In toto tempore vobiscum, & non recognouistis? Philippe, qui videt me, videt & Patrem.

Verba

Verba

Apostoloru, & omnium ministroru, sicut dicitur nostri Iesu Christi. Si quando igitur

Audis praedicari Euangelium,

Vides paruulum baptizari, Peccatoru absolui,

Alia sacramenta administrari, Traditiones apostolicas tractari,

Poteris ac debes dicere, Hodie vidi opus Dei, imo ipsum Christu vidi

Euangelium praedicantem.

Baptizantem.

Abfoluentem.

Sacrificantem.

Aut alia sacramenta operantem.

Nam lingua & vox quidam hominem sonant: sed officium, verbum, authoritas, & virtus Dei est.

Qui non ita sublimiter sentit de sacramento administrato per simplicem sacerdotem, nec eadem reuerentia suscipit eius doctrinam catholicam, etiam a malo fructu traditam, atque ab aliquo Apostolorum reciperet: iniuriam facit Christo.

III. Pollicetur discipulis & omnibus fidelibus Christianis a Patre datum quicquid sint in nomine suo petaturi.

Et bis repetit haec verba: Quicquid petieritis

Per nomen meum,

Hoc faciam: vt gloriificetur Pater p filium. Quasi dicit, Per meam

Mortem, Resurrectionem.

Vincam

Satanam, Peccatum, Mortem, Infernum,

Et ad dexteram Patris sedebit, vt potenter imperem, & omnia mihi subijcia: vt possim dicere

Satanam, morti, & inferno, Vbi est mors victoria tua? Obmutescat satana. 1. Cor. 15. Marc. 1.

Vobis Apostolis, & concionatoribus, Tu Petre, Paule, Thoma,

Euntes praedicate Euangelium

Vniuerso mundo, omni creaturae, absque plene ratione.

Acceperint, pacem illis annuntiate per me inter Deum & genus humanum operam, & praedicate illis que audistis & vidistis. Erigite Ecclesiam catholicam, tradite sacramenta, praecceptorum doctrinam, que necessaria est ad salutem, diligenter declarate.

Christus vnus Deus, vna substantia cu Patre est. Qui in Christo no credit, is nunquam ad notitiam Patris perueniet: multo minus ad aeternam vitam. Christus enim est,

Via,

Veritas,

Qui

Eam viam recta sequitur, is errare non poterit.

In hac veritate, scilicet Christo, manet, is falli nequit.

In charitate Christi manet manseritque usque ad mortem, is veniet ad Patrem, superato omni periculo carnis, mundi, atque diaboli.

Christus ipse est

Aduocatus, Intercessor, Mediator, Saluator, Redemptor, Magister, Pastor, Sacerdos, Iudex,

Vnde

1. Iohan. 2. Si quis peccauerit, aduocatu habemus, & c. Paulus Rom. 8. Iesus qui ad dexteram Dei sedet, qui etiam pro nobis interpellat, & c. 1. Tim. 2. Mediator Dei & hominu, homo Christus Iesus, & c. Ad Philip. 3. Saluatorem expectamus & c. Ephe. 5. Christus caput Ecclesiae, ipse est saluator eius. Isa. 54. Redemptor tuus sanctus Israel, Dominus & c. Iohan. 13. Vos vocatis me magister & Domine, & c. Io. 10. Ego sum pastor bonus, & c. Dauid Psal. 109. Tu es sacerdos in aeternum. Petrus Act. 10. Constitutus est a Deo Iudex viuorum & mortuorum.

IN FESTO VENERA-
BILIS SACRAMENTI.

Euangelium Iohannis vj.

1. Cor. 11. f

In illo tempore dixit IESVS turbis Iudæorū,
Caro mea verè est cibus, & sanguis meus, ve-
rè est potus. qui manducat meam carnem, & bi-
bit meum sanguinem, in me manet, & ego in il-
lo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo pro-
pter Patrem : & qui manducat me, & ipse viuet
propter me. Hic est panis qui de cælo descen-
dit. Non sicut manducauerunt patres vestri mā-
na: & mortui sunt. Qui manducat hunc panem,
viuet in æternum .

In hoc

I. Quae scripturae continent de summa huius sacramenti: nempe

- Math. 26.
- Marci 14.
- Luc. 22.
- Pauli 1. Corin. 11.

Legimus:

Cenatis autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit: deditque discipulis suis, & ait, Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum. Et manducantibus illis accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait, Sumite, Hoc est corpus meum. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo, &c. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur. Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit, Accipite & manducate, Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.

De calice vero ita legimus,

Math. 26. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Mar. 14. Et accepit calicem, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes. Et ait illis, Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur. Luc. 22. Similiter & calicem, postquam cenauit, dicens, Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. 1. Corin. 11. Similiter & calicem, postquam cenauit, dicens, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine.

Christus Iesus verus Deus & verus homo, cuius omnipotentiam in simbolo confitemur & credimus, instituit hoc sacramentum, & sua virtute caelesti ipse inuitibilis sacerdos, visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate per ministerium sacerdotis conuertit, dicens, Accipite & edite: Hoc est enim corpus meum: & sanctificatione repetita, Accipite & bibite: Hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutum praecipiens Domini repetere ex nihilo subsisterunt excelsa caelorum, profunda fluctuum, vasta terrarum: pari potentia in spiritualibus sacramentis verbi praebet virtus, & ciferuit effectus. Euseb. in ferm. de corp. & sang. Dñi: qui est hom. 5. de Pascha.

Vt haec sacrificia offerrent omnes Christiani,

In baptismo facti sunt regale sacerdotium, censentur populus acquisitionis.

In cena suos Apostolos sacerdotes fecit Christus, & vt ita consecrarent, potestatem ipsi & eorumdem successores dedit.

Ex hac doctrina Euangelistarum & Pauli cognoscimus, sacramenti Eucharistiae (quemadmodum & aliorum sex sacramentorum) Christum autorem fuisse. Instituit autem illud in die illo quo vltimam cenam cum suis discipulis Ierosolymis celebravit: in qua & suos discipulos sacerdotes ipse summus sacerdos consecrauit, & vt illud sacramentum ipse, quoque successores consecrarent praecipit. Materia autem huius sacramenti est panis & vinum: forma vero, Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus &c. Quae cum Christus dixit, non simplicia verba fuisse arbitrabatur pijs fideles, sed ethica, esse tuncque mox conuicta, haud dubie confitebimur. Nam cum Christus dixerit, Hoc est corpus meum: si illic non erat, ipse corpus, ergo vana & falsa fuit Christi affirmatio. si autem erat corpus, (quod iam inde ab Apostolis vsque Catholicae profertur Ecclesiae) falsa & haeretica est Zvinglianorum & Heluetiorum interpretatio, qui verba illa corruptentes ac licet cum Christo, cumque Apostolis in magna Ecclesia, in populo graui, in medio seniori, confitemur excelsa auctoritate constantia, post panem atque vini consecrationem esse illic in sacramento altaris sub panis & vini speciebus, verum corpus Christi realiter atque substantialiter. Hoc tenet Ecclesia Romana, hoc fuit semper confessio Ecclesiae orientalis, profeta sicut Antiana, concilia sunt Patres in concilijs. Quare qua ratione, quae fronte Saxones Luthero crediderint, Heluetij Zvinglio, Dux Vvrttembergicus Brentio, Geneuenses Caluino, neglecta & deprauata doctrina Christi, Apostolorum, Conciliorum, Patrum, ipsi viderint.

In hoc sacramento sunt consideranda quatuor,

II. Quale sit corpus illud quod in sacramento conficitur: nempe quale fuit

- Illud quod ex Virgine natum est.
- Illud quod in cruce a Iudeis necatum est.
- Illud quod in caeli euectum est.
- Est illud quod ab angelis modo adoratur.

Hoc testatur

Chrysof. hom. 24. 1. ad Corinth. Hoc, inquit, corpus in praesentia sunt Magi viri impij & barbari: tu non in praesentia, sed in altari, non mulierem quae in facijs tenet, sed sacerdotem praesentem, & Spiritum sanctum super proposito sacrificio abunde diffusum vides. Dum in hac vita sumus, vt terra non est caelum sit, facit hoc mysterium. In caelis est regium corpus, quod nunc tibi in terra videndum proponitur. Non angelus, non archangelus, non calos caelorum, sed ipsum horum omnium Dominum ostendo tibi. Animaduertis quomodo pacto, quod omnium maximum est & praecipuum, in terra non conspicaris solum, sed tangis, sed comedis, & eo accepto domum redis. Idem eadem homil. Quando mysterium propositum fuerit, detecum, Hoc corpus sol crucifixum videns, radios auertit, propter hoc velum templi fissum est, & petra, ac terra vniuersa tremuit, hoc idem corpus cruentatum, lancea vulneratum, fontes sanguinis vniuerso orbi salutare scaruens. Idem corpus in supremum thronum extulit, quod nobis etiam exhibuit, vt teneremus, & vt manducaremus: quod maximum signum est dilectionis. Idem hom. 3. ad Ephe. Recolite quia illius corpus est & sanguis, qui intra calos residet, qui ab angelis suppliciter adoratur: illius inquam, qui proximè assisit immortalis Dei potentia: huius debemus sanguinem, & proprium corpus nobis sumendum tradidit.

Hinc docemur,

1. Falsam esse eorum doctrinam qui affirmant in sacramento altaris non esse verum corpus Christi: nisi quis malit Zvinglio & Caluino credere, quam Chrysofomo & vniuersae Ecclesiae, tam orientali quam occidentali.
2. Doctrinam hanc quam Romana tenet Ecclesia, non esse nouam neque singularem, sed antiquissimam, & omnibus populis tum orientalibus tum occidentalibus communem: vt pote quam Chrysofomus vt ab Apostolis acceptam, veneratur, conficitur, atque credit.

Attendant igitur haeretici quod falsa mendacisque plena doceant.

III. Qui sint fructus huius sanctissimi sacramenti. Multi, sed tres sunt praecipui,

1. Est sumptio homini saluberrima.
2. Est antidotum contra cacodemonas, & pignus immortalitatis.
3. Deterret a vitijs, & ad omnia bona opera inuitat.

Hoc docet

1. Ioh. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum. Et Aug. homil. 28. de verbis Domini secundum Lucam: Si quotidianus est panis, inquit, cui post annum illi sumas, quemadmodum Graeci in oriente facere consueverunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit: sic vt quotidie merearis accipere. Vide & Ambro. li. 5. de sacra. ca. 4.
2. Chrysof. hom. 45. in Ioh. Hic mysticus sanguis demones procul pellit, angelos & angelorum Dominum ad nos allicit. Demones enim cum Dominicum sanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur: angeli autè procurrit, &c. Vide hac de re homil. 61. ad popul. Antioch.
3. Chrysof. hom. 61. ad populum Antioch. Hic mihi, quot ad salutem nobis via! Nos corpus suum effecit, nobis suum communicauit corpus, & horum nos nihil à malis auertit. O terribres & profunditatem magnam, o indolentiam! Quae sursum sunt querite, & sapite, inquit, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens.

Praeter hos fructus operantur ad nos haec sacramenta tres effectus:

1. Christo incorporamur,
2. Efficitur corpus Christi mysticum,
3. Ad mutuam charitatem alenda & colendam accendimur.

Nam

Christus idcirco hoc sacramentum praecipue instituit, vt ipsi incorporeremur, deque remissione peccatorum & futura gloria (si in charitate perseueremus) certi reddamur, vt veluti viuificatrice quadam medicina sanemur, reficiamur, erigamur, & consolidemur. Quae omnia Christus significare voluit, cum dixit 1. Cor. 11. Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Accipite meam carnem in remissionem peccatorum pro vobis traditam, & manducate, in me transformamini, & valedistis omnibus cupiditatibus, in me manete, & ego in vobis. Paulus 1. Cor. 10. ait. Quonia vnus panis & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Mysterium ergo pacis & vnitatis nostrae, vt inquit Augustinus, Christus in mensa sua consecrauit. Videant ergo male viuentes, nocentes proximis, meditantés schismata, quid faciant contra vnitatem corporis Christi. Chrysof. homil. 45. in Iohan. Vt autem non solum per dilectionem, sed re ipsa in vnam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est, &c.

III. Quo modo accedendum ad communicandum, docet

Paulus 1. Cor. 11. Quotiescunque enim maducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiatibus, donec veniat. Itaque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Prober autè seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui in summis Moralium 21. sic ait, Communicaturi fidem in primis habere debent verbis Domini dicentis, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22. & timorem concipere ex verbis Apostoli dicentis, Qui enim manducate & bibite indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Christus Matth. 5. Si quando offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, &c. Achimélech 1. Reg. 21. qui David petenti panes, cum alios non haberet nisi panes sanctos, non prius voluit ei dare, quam diceret, Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus. Et respondit David sacerdoti, Et quidem si de mulieribus agitur, continuis nos ab heri & nudius tertius, quando egrediebamur, &c.

Sunt igitur necessariae,

1. Fides,
2. Probatio id est confessio,
3. Timor,
4. Charitas,
5. Castitas,
6. Mundities.

Qui

His virtutibus ornatus altare Domini accesserit, speret se dignè corpus Domini sumpturum. Verò non credit, aut nõ confitetur, vel odit &c. abstineat. Nam iudicium sibi manducat & bibit, &c.

IN DIE IOHANNIS BAPTISTAE.

Euangelium Lucae j.

FVit in diebus Herodis regis Iudee, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor eius de filiabus Aaron, & nomen eius Elifabeth. ^{1. Paral. 24} Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius: eo quod esset Elifabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem: cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis sue ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotum, forte exijt ut incensum poneret ingressus in templum Domini. & omnis multitudo populi erat orans foris ^{Leuit. 16. d} hora incensi. Apparuit autem illi angelus Domini, ^{Exod. 30. a} stans a dextris altaris incensi. &c.

Elifabeth autem impletum est tempus pariendi: & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est: in die octavo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius dixit, Nequaquam, sed vocabitur Iohannes. Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit, dicens, Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt universi. Apertum est autem ilico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Iudaeae divulgabantur omnia verba haec: & posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes, Quis putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit, dicens, Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitavit & fecit redemptionem plebis suae, &c.

Hoc Euangelium complectitur duo,

Historiam Iohannis, quo modo sit

Concep- tus,

Natus,

Circun- cificus,

Sic enim ait Lucas,

Zacharias & vxor illius Elisabeth erant iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius: eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis; factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suae ante Deum, &c. Apparuit autem illi angelus Domini, stans a dextris altaris incensae, &c. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quonia exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem, &c.

Elisabeth impletum est tempus parientis: & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.

Et factum est in die octauo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius dixit, Nequaquam, sed vocabitur Iohannes, &c. Inuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum, & postulans pugillarem, scripsit, dicens, Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi, &c.

Encomium parentum Iohannis. Fuerunt enim

Ex ordine sacerdotum, ex populo Dei, ex tribu Leui.

Pij, iusti, inculpate vixerant, omnibus probati.

Non paucis, sed multis iam annis in mandatis & iustificationibus Domini processerant.

Veram & certam Iohannis Baptista progeniem: nempe ex sacerdoti genere, ex parentibus claris, ex tribu illustissima.

Mandata atque precepta Dei esse iustificationes hominum, quae vere homines iustificat ante Deum: quibus haeretici nostri temporis contra Spiritum sanctum praesumant contrarium docere.

Erat his hominibus sanctis imposita crux sterilitatis, quae nota erat inter Iudeos summa damnationis & reiectionis. Sed consolati sunt pij coniuges promissione

Generali de futuro Messia.

Singulari de Iohanne filio suo, Domini praecurfore.

Veritate Dei, in implendis promissionibus. Fiunt enim quae praedixerat angelus.

Coniugio, quod sit sacramentum, quodque Deo placeat: alius illud hac reuelatione non ornalet.

Constitutionis eius temporis Iohannis: venit enim inter Testamento, Mat. II.

Veritas, vtriusque praedicans, ubi dicit, No uum,

Matth. 3. Genimina viperarum, quis docuit vos, &c.

Ibid. Ego baptizo vos in aqua, &c. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Iohan. I.

Semper fuit necessaria poenitentia ad iustificationem: siquidem Iohannes poenitentiam, non solum fidem praedicauit.

Illa est concio Euangelica, quae Legem & Euangelium continet, id est timorem poenae, & amorem iustitiae Christianis annuntiat. Vtriusque praedicauit Iohannes, vtriusque etiam Christus.

Contra hereticos nostri temporis, qui clamant, nihil in Ecclesia tantum quod expresso Dei verbo non sit mandatum. Nulla extat scriptura, quae dicat Iudeis, in die circumcissionis nomina imponenda filijs: tam ex pia sanctae consuetudine id faciobat & obseruabat. Reprehendat igitur Zacharia, Elisabeth, & alios patriarchas qui hoc fecerunt. Reprehendant & Apostolos, qui sine expresso Christi verbo, vestes alicui Christi erant infesturas, imposuerunt.

Concep- tio & natiuitas ab angelo annuntiantur.

Nomen caelitus annuntiat.

Ex sterili nascitur.

Pater ob incredulitatem fit mutus.

Mater prophetizat.

In eius natiuitate multi congratulantur.

Vicini & cognati admirantur.

Pater Zacharias Spiritu sancto repletus hymnum canit.

Mirabiliter in deserto in summa temperantia vixit.

Cibus ipsius mel & locustae.

Vestimenta ex pilis camelorum.

Praedicabat poenitentiam.

Monstrabat Christum digito.

Baptizabat Christum.

Ab herode propter Herodiadem captus, in carcere deoollatur.

Omnia circa Iohannem plena iuramentis. Nam

Concione Euangelij, quasi classico conuocet populum. Sicut enim cornu Iubilei annuntiabat singulorum possessiones esse liberatas, & ad possessores priores redituras: sic cornu Euangelij praedicat omnibus credentibus in Christum remissionem peccatorum, & gratiam Spiritus sancti: cuius virtute nos qui eramus possessiones Dei, & per peccatum facti sumus possessiones diaboli, peccato per passionem Christi sublato, sonante cornu salutis Euangelij, redeamus ad primum nostrum possessorem, scilicet Deum. Primus omnium hoc cornu cecinit Baptista. Hoc cornu iussit Christus Apostolos per vniuersum orbem infonare. Hoc personant Apostolici praedicatorum in Ecclesia Romana, eadem annuntiantes quae olim Apostoli, quaeque ipse Christus. Qui ipsos audire recusat, Christum rejicit. Luc. 10.

Cornu, quod

Cornu salutis, Quia Euangelium est potentia Dei, ad salutem omnium credenti, Rom. I. Alia regna suos habent titulos a potentia, diuitijs, prouincijs: sed regnum Christi sortitur nomen a salute: est enim regnum iustitiae, & aeternae salutis. Alia regna sunt infirma & caduca: Christi regnum aeternum & salutare, quod hic oritur in fide & charitate, istic vero perficitur in potentia, comprehensione, & gloria.

Venit igitur, non tantum ut remissionem peccatorum conferat, verum etiam ut illuminet omnes credentes, & ut dirigat pedes nostros, id est, affectus nostros. Nam nisi ipse direxerit, semper erunt obliqui: nisi det gratiam, semper affectus nostri erunt peruersi.

Canticum Zachariae. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit &c. In quo tria facit,

I. Ostendit misericordem Deum, post longam expectationem, populum suum tandem visitasse, & regnum Ecclesiae suae in hoc mundo ad id usque tempus quasi occultatum, iam palam non in Iudaea tantum, verum etiam in vniuerso mundo incepisse, secundum diuinam suam promissionem patribus factam. Ostendit autem clavis verbis tria, scilicet:

II. Indicat quale sit regnum Christi, & in quo consistat: nempe in

Misericordia Dei,

Sanctitate,

Iustitia.

Sine vllis nostris meritis Christus regnum hoc instituit, ideo Zacharias ait, Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Eramus captiui, Christus nos liberauit, non vt libertate iactantes, legem spiritus rejiciamus, sed vt sine timore de manu. i. potestate inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Iustitia ergo nostra, & vere nostra, non tantum fide apprehensa, sed etiam sanctis actionibus comparata, est nobis necessaria ad salutem.

III. Reddit nos certos de hoc regno Christi, & filium suum Iohannem

Dicit esse praecurforem Messiae, & iam adesse.

Vocat prophetam. Quod nomen non nisi excellentibus, & summis donis Dei praeditis conuenit.

Ait enim,

Praebis ante faciem Domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. Remissio haec prouenit ex visceribus misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, hoc est Iesus Christus. Ad illuminandos eos qui in tenebris & in vmbra mortis sedent: Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

1. Quo modo hoc regnum, quod ab origine mundi promiserat sese erecturum, quodque tadium in certis familijs atque prouincijs collocauerat, modo sit auspiciatus: nempe per suam visitationem & redemptionem. Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum daret, &c. Luc. 13. Venit filius hominis, &c.

2. Qua parte mundi, & in qua gente regnum hoc inchoauerit: nempe in

Domo David,

In populo Israel.

3. Quibus armis & insignijs: videlicet cornu salutis. Vocat autem regnum Christi,

Sceptrum & gladium. Apocal. I. Arma, potestate clauis: praeter haec, orationem fidei. Ephe. 6. Vestem curialem, crucem & tationes, Rom. I.

Symbolum, sacramenta septem. Stipendium, vitam aeternam, quae merces est operum bonorum.

Praedicat angelus Zachariae quod multi in natiuitate Iohannis gaudebunt. Ne existimemus hoc ideo dictum, quasi conceptio Iohannis fuerit supernaturalis, vel quasi ipse aliquam diuinitatem ex se in sese contineat, quam alij non habeant: sed illud dixit angelus, propterea quod ipse futurus erat paranympus atque praecursor Christi. Ipse erat baptizaturus Christum, & digno demeritum, ideo dicit angelus quod multi gaudebunt iam eum esse natum, qui non tantum annuntiet, verum etiam digito monstrat Christum.

IN DIE PETRI ET
PAVLI.

Euangelium Matthæi xvj.

Marc. 8. c
Luc. 9. c

Iohan. 6. g

Iohan. 1. f

Isaiæ 22. g

IN illo tempore, Venit IESVS in partes Cæsareæ-Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens, Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt, Alij Iohannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis IESVS, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simō Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem IESVS dixit ei, Beatus es Simon bar-Ióna: quia caro & sanguis non reuelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis.

Hoc

Hoc Euangeliū cōpletur tres doctrinas fidelibus omnibus diligenter obseruandas.

I. Quæstionem de Christo, quis sit. Christus enim interrogat discipulos quid de filio hominis sentiant

Homines, Ambitione, Immortalem & æternam apud Deū Patrem habebat gloriam.

Non interrogat autem ex Ignorantia.

Nam ipse Scrutator est cordiū & cogitationum, quod sepe ipse ostenderit. Ierem. 17. Luc. 11.

Sed querit propter Populum, vt & ipsi quem secta rētur noscerēt. Variæ enim tūc erant de Christo ac Messia opinionēs. Alij dicebant eum esse Iohannē Baptistam, Eliam, Ieremiā, Aliquem prophetarum.

Quauis autem discipulos verē de se sentire se retrouit tamē eos publicē suam sententiam etiam confiteri. Dicitur enim

Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.

Msal. 115. Credidi, propter quod locutus sum.

Receptum est cognoscere Christum ad salutem, ita vt corde credamus eum esse verum filium Dei. Nā abque hac cognitione nullus philosophorum quantumvis exitus eius iudicet et si religio sit, non legē Moysi obseruauerit. Neminē hanc Christi cognitionē proprijs viribus assequuti, nec suis meritis sibi promeruisse, sed Patre æterno reuelante sibi contigisse. Cuius reuelatio nisi ex diuina misericordia Petro fuit facta, cæcus in sua ignorantia permanisset.

1. Confirmat ac docet Spiritus sanctus, qui, vt refert Lucas Act. 4. per os Petri dixit, Nec enim aliud nomē est sub celo datū hominibus, in quo poterit nos saluos fieri, nisi in nomine Dñi nostri Iesu Christi. Aug. li. de natura & grat. c. 2. Si per naturam iustitia, ergo Christi? Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. 2. Secundā doctrinā abundē confirmat Christus hodierno Euangelio, quando dicit, Beatus es Simon bar-Iōna: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in celis est.

Caro non Reuelat

Christum, sed Pater cælestis, dicitur

Paulo 1. Cor. 3. Non sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quali ex nobis, sed sufficientia & c. 1. Cor. 12. Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. 1. Co. 2. Nobis autē reuelauit per Spiritum suum. Philip. 2. Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. Christo Iohā. 15. Sine me nihil potestis facere. Hanc doctrinā docēt Concilia, hanc habuerūt catholici Patres, August. Prosper, Fulgentius, Amb. Hanc & nos sequi tenemur.

Ex prima hac huius Euangelij parte docemur, quod interrogati quid de Christo, deq; eius religione sentiamus: animo in trepido & constanti semper & vbique cōstitemur nos esse filios Christi catholicos, Ecclesie Romanæ subiectos. Nō hec fide negare vel dissimulare, quous sit verbi gratia. Ro. 1. Non erubescō Euangelij. Virtus enim Dei est, & c.

II. Doctrinam de Ecclesia: de cuius fundamento & capite, euidenter fuit Christus nos instruit. Nam

1. Dicit Christus, Tu es Petrus,

2. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,

3. Et portæ inferi non præualebūt aduersus eam,

Quæst. dicitur,

Tu qui antea vocabaris Simon, iam non tantū Simō, sed Petrus es, nec vocaris tantū, sed es verē Petr⁹, à me petra ita dictus.

Super te petra firmisimā factū, Ecclesiam meā ædificabo, id est, super te consistentem me verum Deū, ædificabo ædificium spirituale Christianorū, qui sunt lapides viuī: ita tamen, vt tu propter excellentiā tuā confessionis & fidei dicaris pater fidei & multarū gentiū in Ecclesia quā formo, sicut Abraham pater fuit multarū gentiū propter fidem. Rom. 4.

Et cōtra hanc Ecclesiā in te Petro, & super te fundatam, portæ inferi non præualebūt: Nihil efficiēt heretici atq; tyranni, etiam in ipsam insurgant.

Marc. 1. dicit Petrus ante suam vocationem vocatum Simonē: Præteritēs Iesus secus Mare Galilææ vidit Simonē, & c. Luc. 5. semper vocat eū Simonē, narrās ea q̄ fecerat ante suā vocationē. Matt. 4. eodē modo. Ecclesia tum Græca, tū Latina ab Apostolis ipsis vsq; ad nos, ita hæc verba intellexit. Chrysof. vnicū Græcancæ Ecclesie ornamentū, hom. 55. in Mat. declarat hæc verba in hūc modū: Portæ inferi nō præualebunt aduersus eā. Si aduersus Ecclesiā nō præualebūt, multo min⁹ aduersum me præualebūt.

Sunt & Patres qui cōstanter affirmant Ecclesiam suā per Petrus fundatam, inquit enim

Chrysofostomus in Mat. per Iohannē Ambr. in Luc. Origenes in Mat. Hieronymus in Mat. Basiliius in Mat. Cyprianus in Mat. Iulianus in Mat. Tertullianus in Mat. Hilarius in Mat. Leo papa in Mat. Gregorius in Mat.

Paulus, 1. Cor. 3. Fundamentū aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Daud, Psal. 117. Lapidem quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli. Iſaias 28. Ecce, ego mittā in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angulare, pretiosum. Matth. 21. Luc. 20. 1. Pet. 2. Ecce pono in Sio (.i. in Ecclesia) lapidem summum angularem, electū, pretiosum: & qui crediderit in eum non confundetur, Rom. 9.

Dicimus cum magno illo Leone, quod id quod Christo est propriū, per cōmunitationem & participationem & participatōnem cōmune sit Petro. Sicut Christus est lux & Dei filius natura, & vera proprietate, ipse tamen vocat suos discipulos, Lux mundi, Et hos Dei per participationē: ita quauis Christus sit petra, Petrus per cōmunitationem à Christo factus est petra, super quam Christus suam fundauit Ecclesiam.

Ex hac doctrina variè elicitur doctrina:

1. Illos esse in Ecclesia quam Christus instituit, qui huic petra, Petro scilicet, compage fidei & charitatis, vel solius fidei coniunguntur.

2. Ecclesiam catholicam, veram, sanctam & Apostolicam, penes eos esse, qui huic Petro per confessionē fidei in Christum, & eius successores firmiter adherent.

3. Eos esse lapides viuos in hac Ecclesia, qui huic Petro lapidi viuificato ac pretioso, à Christo in fundamentum suæ Ecclesie delecto, compagine fidei, charitatis & obedientie coherant.

4. Eos esse lapides veros, sed mortuos, Ecclesie Catholice, qui quauis vinculo charitatis inter se non coherant, coherent tamen nexu fidei in vinculo pacis. Habet enim Ecclesia bonos & malos.

5. Sicut Abraham propter excellentiam suæ fidei, fuit pater omnium Iudæorum qui credebant in Christum, adeo vt scriptura dicat, quod in ipso, id est ad eundem modum sicut & ipse, benedicerentur, & quod sit pater multarū gentium: ita Ecclesia Petrum caput suum agnoscit, patrem suæ fidei, ac confessionis. Hunc omnes imitemur, & ipsi cohareamus, vt possimus aliquando lapides esse celestis illius ciuitatis Ierusalem.

III. De clauibus regni cælorum, quas Christus Petro eiusque successoribus, & Ecclesie vniuersali dedit. Sunt enim

Claves non materiales ex auro, argento, vel ferro, neque humano aliquo artificio inuētæ: sed est quedam supernaturalis potestas diuina virtute munita, quā Christus, qui omnia potest, in primis Petro alisque Apostolis, atq; eorum successoribus diuinitus concessit.

Has claves Christus

Promisit Petro, quando illi dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā, & c. Et tibi dabo claves regni cælorum.

Promisit etiā reliquis Apostolis, quando dixit, Quæcunq; ligaueritis super terrā, erunt ligatæ & in cælis, & quæcunq; solueritis & c. Matth. 18.

Dedit autem Christ⁹ quādo post resurrectionē

Petro dixit, Pacc oves meas, Iohā. 21. Et scuti singulariter illas claves Petro promisit, ita singulariter Petro ipsas concessit. Theophilactus in Matthæum.

Petro & Apostolis apparēs, inſuflauit in eos & dixit, Accipite Spiritū sanctū, quorū remissionis peccata & c. Io. 20.

Rab-nus

Discretionem & potestatem nominat.

Incridibilem consolationem animabus omnium Christianorum adfert: iucundū est enim scire quod Christus in cæli ascendens, cælorum claves Apostolo Petro & ipsi⁹ successoribus reliquerit. Hanc consolationē eximia diabol⁹ adeo nobis inuidet, vt per suas proles ipsam nobis adimere conetur. Siquidem vel ad verbum potestatem clauium referunt, vel omnibus renatis ex aquo collatas tenere & falso affirmant. Nos verō Catholici tenentes quod omnes & vbique catholici Patres crediderūt, contitemur potestatem hæc solis sacerdotibus tributam: nam solis Apostolis Christus dicit, Quorū remissionis & c. Et earum virtutem non in verbo, sed in effectu & actu confessionis sacramenti consistere.

Ita prædicant Patres, tū Græci, tum Latini. Cyprianus li. 1. epist. 2. ad Corne. inquit, Cū pmiserit ipse, qui legē dedit, vt ligata in terris etiā in cælis ligata essent, solui autē possent illic, q̄ hic pri⁹ in Ecclesia solueretur. Bernard⁹ ser. 1. in die Petri & Paul. Claves regni cælorum tā singulariter accepit Petrus, vt præcedat sententiā Petri, sententiam cæli. Chrysof. lib. 1. de sacer. eandem sententiam confirmat. Iure optimo dicere possumus, quod olim dicebant Iudei, Nō est alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis: Non est alia natio quæ habeat claves regni cælorum, sicut natio Christiana catholica, quæ sedem Petri Romanam Ecclesiam, matrem ac dominam constituit.

Clauis excellentiam & ineluctā virtutem,

APPENDIX.

Sicuti arx super petram fundata suo stabili innititur fundamento, siue irrūt procellæ, siue temporales Petri sedes super petram fundata, virtutem à Christo suo fundatore tam solidam habet, & tam firmā, vt nullis turbinibus aut procellis hereticorum, quantumvis vehementibus oppugnata, sit ruitura. Christus enim ipse sedes, id est, pro omnibus qui eam gubernant, Patrem orauit, ne eius fides vacillet, nec deficiat generatio fidelium. Etiam Christus cum ipsa est vsque ad consummationem seculi omnibus diebus. Et quæ natio fides Petri stabit, nec corruet, ita stabit in æternum, qui in obedientia huius sedis & charitate perseverauerit. Quia hi Deum habent patrem, Christum fratrem, Spiritum sanctum ducem.

IN FESTO VISITATIO-
NIS MARIAE.

Euangelium Lucae j.

EXurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cū festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elifábeth. Et factum est: vt audiuit salutationem Mariæ Elifábeth, exultauit infans in vtero eius. & repleta est Spiritu sancto Elifábeth: & exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. & beata quæ credidit, quoniã perficietur ea quæ dicta sunt ei à Domino. Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum, Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, Quia respexit humilitatē ancillæ suæ. ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes, Quia fecit mihi magna qui potēs est, & sanctum nomen eius.

Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Efurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inopes. Suscepit Israël puerū suū, recordatus misericordiarū suarū,

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & femini eius in secula.

Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuerfa est in domum suam.

Isa. 51. b

Psal. 32. b

Isa. 29. e

Psal. 33. a

1. Reg. 2. b

Isa. 41. b. 30

d. 54. b





Iere. 31. a. d

Psal. 131. c

M m

Hoc

Hoc Evangelium complectitur trias



Christicola sese inuicem salutant. Hinc Christus Apostolis præcepit, Luc. 10. vt si quando ingrederentur domū, dicerent primū, Pax sit huic domui. Porrò hoc certum est, si quando pius homo nos salutat, tum a se ipso, tum a hominibus nos plurima salute impertit. Et qui eam salutationem fideli ac grato accipit animo, tanquam à Deo optimo maximo depromptam: ei sanè non potest malè cedere, sed haud dubiè saluti erit.

Sed quis indicauit Elisabeth: mater Domini? Haud dubiè Spiritus sanctus. Nam vbi is rector agit, ibi

omni mundano more possit dici beata. Psal. 143. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.

Sed pauperulus cuius Ioaquimi, in vrbe Nazareth: inter vicinas simplex puella, quæ domesticis laboribus, parentibus, vt dicitur, inservierat. Erat quippe ex regali stirpe Iuda, de tribu & domo Dauid. Sed nihil spei erat reliquum, aliquid magni natiuitum de domo Dauid, Herode crudelissimè in eam seruiente.

facile ditiores, potentiores, & pulchriores inuenisset virgines: atamen diuinos oculos coniecit in pauperulam virginem, cūque elegit præter meritum.

superbos mente cordis sui, & omnia eorum consilia reddidit irrita. 1. Per. 5. Deus superbis resistit, &c.


potentes de sede, & c. Saui, Aman, Senes duos, Iudæos, Quia potentia sua diuinitus tradita abutebantur: & euexit Dauid, 1. Reg. 16. Mardocheu, Esth. 6. Danielem, Dan. 13. Gentes, Ro. 9. 10. 11.

implet bonis: nō tantum satiat, sed diuites dimittit inanes. Sic Lazarus famelicus in sinu Abraham æterno gaudio & salute satiatur. Diuites in inferno sepult⁹, iacet in æterno igne, & nullū habet solatiū. Lu. 16.

Operum Meritorum Votorum

Hominum, (non enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos &c. ad Tit. 1.) sed præcipue misericordiæ suæ. Ac si dicat Maria, Quicquid clementissimus Deus Abraham promissit, id in me perfectum est: non modò mihi, sed toti Israël, hoc est omnibus credentibus, saluti: nō ex merito nostro, sed ex benigna gratia, quam Abraham & femini eius promissit, Gen. 22. Psal. 131.

Hoc Euangelium complectitur tria,



Mm ij


IN FESTO MARIÆ MA-
GDALENÆ.

Euangelium Lucae vij.

IN illo tempore, Rogabat IESVM quidam de
Pharisæis vt manducaret cum illo. Et ingressus
domum Pharisei discubuit. Et ecce mulier quæ
erat in ciuitate, peccatrix, vt cognouit quòd ac-
cubuisset in domo Pharisei, attulit alabastrum
vnguenti: & stans retrò secus pedes eius, lachry-
mis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui
tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento
vngebat. Videns autem Phariseus qui vocauerat
eum, ait intra se, dicens, Hic si esset propheta, sciret
vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia
peccatrix est. Et respondens IESVS dixit ad illum,
Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magi-
ster, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori:
vnus debebat denarios quingentos, & alius quin-
quaginta. Non habentibus illis vnde redderët, do-
nauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Re-
spondens Simon dixit, Aestimo quia is cui plus
donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti. Et con-
uersus ad mulierem dixit Simóni, Vides hanc mu-
lierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis
nò dedisti: hæc aut lachrymis rigauit pedes meos,
& capillis suis terfit. Osculū mihi non dedisti: hæc
autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes
meos. Oleo caput meum non vnxi: hæc autem vn-
guento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi,
Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit mul-
tū. Cui autem minùs dimittitur, minùs diligit.
Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata. Et
cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se,
Quis est hic qui etiã peccata dimittit? Dixit autem
ad mulierem, Fides tua te saluã fecit: vade in pace.

Hoc

Hoc Evangelium valde consolatorium complectitur duo:



IN FESTO IACOBI
APOSTOLI.

Euangelium Matthæi xx.

IN illo tempore, Accessit ad IESVM mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic ut sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem IESVS, dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, Possumus. Ait illis, Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam & sinistrâ, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à Patre meo. Et audiētes decem, indignati sunt de duobus fratribus. IESVS autem vocauit eos ad se: & ait, Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicumq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

Marc. 10. f

Marc. 10. g

Luc. 22. c

Philip. 2. a

Marc. 10. g

Luc. 18. f. g

00 *Euan:*

Evangelica hæc historia tria complectitur obfernata digna

I. Ignorantiam horum duorum discipulorum, qui toties audierant, Christi regnū fore spirituale: semper tamen putauerant illud futurū mundanū, quale fuerat regnum

Davidis, Quoniam igitur sanguine Christo deuincti erant, summum apud nouū Regem se locū natos sperabant. Nec tamē audēt quicquam proferre: sed matri illud negotiū demādat, cogitantes, Salomonis,

Si effecerit aliquid nostra mater, nobis in vtilitatem id cedit. Videmus hīc tam in matre, quā in filijs, carnalem hominum sapientiam, quod illa quæ Dei sunt, nō intelligit. Mater potius dehortari à proposito filios debuerat: sed re non cōsiderata, Si repulsam passā fuerit, omnes mulieri illud imputabunt, & sic nos excusari erimus. Chrysof.

Accessit Iesum, Procidit coram eo, Petiit, Dixit, Dic vt se deant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.

Sceptrum, Gladius, Veratur enim circa

Euangelium, Fidem, Orationem, Spiritum, Sacramenta

Satanam, Mortem, Infernum, Carnem, Et pugnat cōtra

A.G. 14. Per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum Dei. Nemo igitur in hoc regno querat dies otiosos. Dicitur enim Lucae vlt. Sic oportet Christum pati, & ingredi in gloriam suam.

Propterea respondet Christus, & ait, Nescitis quid petatis. Potestis Bibere calicem, quē ego bibiturus sum? de quo Psal. 115. Baptizari baptismo, quo ego baptizabor? de quo Lucae 12.

Quasi dicat, Nemo extolletur, nisi antea humiliatus: nemo coronabitur, nisi qui pugnaverit. Lucae 18. 2. Timot. 2.

II. Presumptionem horum fratrum. Cū enim audirent Christi responsionē, non verentur dicere, se posse & hunc calicem bibere, & baptismo illo baptizari. Sicq; peccatū peccato augēt: & ignorantia presumptionem, pessimum in homine vitiiū, addunt. Simili modo

Petrus ex propria suūpsus fiducia promittebat Christo se cum eo etiam non tantū in carcerem, sed etiam in mortem iturum. Matth. 26. Thomas dicebat ad reliquos discipulos, Iohan. 11. Eamus & nos, vt moriamur cum eo, &c.

Petrus negauit. Lucae 22. Thomas etiam tot Christi reuelationibus eum à mortuis resurrexisse non credit, priusquam illum tangeret. Iohan. 20.

Discamus inde, ne nimium fidamus proprijs viribus. Dum enim sanitate, & omni felicitate frumur, securi sumus. Non facitē tyrannidem peccati, ac mortis scuitiam, aut satanae timemus furores: sed in agone constituti, experimur nos sine singulari Dei auxilio subsistere omnino non posse.

III. Patientiam Christi, quam ostēdit erga

Hos duos fratres, quibus amicis sine respondet, dicens, Reliquos Apostolos, qui offēsi, agrē ferebant, hos duos sibi præferri. Sed Christus eos conuocans, dixit,

Calicem quidem meum bibetis, & baptizate, quo ego baptizor, baptizabimini: Sedere autem ad dexteram & sinistram meam, nō est meum dare vobis: sed his continget, quibus est paratum à Patre meo. Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare: & dare animam suam redemptionem pro multis.

Quasi dicat, Patiimini quidē propter nomen meum, heredesq; regni mei eritis: sed antea tamen omnes in me offēdimini. Sed quia tandem compatiemini meū, propterea etiam regnum à Patre vobis paratum, possidebitis. Opus habebant hac correptione Apostoli: nam ex ignorantia & carnali prudentia, eorum procedebant cogitationes. Sed permisit Dominus eos ita labi, vt postea prædicatores Euangelij effecti, discerent patienter terre lapsos.

Humiliatum, Adhuc tunc de minimis vtriusq; ad

Seque illis exemplum proponit, & vult dicere, Minime putetis, meum regnū vt mundanū administrari. Pater enim meus in mundo duos instituit ordines,

Mundanum, Spirituale,

Imperatori, Regibus, Principibus, Comitibus, Iudicibus, Senatoribus, &c. Quem cōmittit administrandum

Defendant bonos, Puniant malos, Prædicent Euangelium, Administrent sacramenta. Excommunicatiōne legitime vtantur.

Quasi dicat, Non decet vos gladio regnare externo, sed verbo diuino. Quare ex mea doctrina, & ex mea vita exemplum sumite. Ego enim dominus cæli & terræ, omnium vestrū sum factus seruus. Præbete ergo etiam & vos erga omnes faciles, inseruite inuicem, ferte alterutris imbecillitates, & in patientia & spe afflictiones sustinete. Sic eritis veri discipuli mei, & hæredes vitæ æternæ: Amen.

IN FES TO BARTHOLŌ-
MAEI APOSTOLI.

Euangelium Lucae xxij.

Matt. 20. d
Marc. 10. f

IN illo tempore, Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autē eis **I E S V S**, Reges gentiū dominantur eorū: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nōne qui recumbit? Ego autem in medio vestrūm sum sicut qui ministrat. vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeat is super thronos iudicantes duodecim tribus Israēl.

In hoc

In hoc Evangelio tria videmus, scilicet

I. Contentionem Apostolorum intempertiam, quisham inter ipsos primas in regno Christi tenere debeat. Habet haec historia duplices auditores :

Quidam suam imbecillitatem inde agnoscut, & vitam emendant: atque gratiam oblatam, cum fide in humilitate suscipiunt.

Quidam causas & occasionales peccandi inde sumunt: ut malitiam suam sanctorum casibus & lapsibus excusent.

Admonitum se igitur quilibet sciat, ne Evangelio in deteriorē abutatur partem: neque sub praetextu eius, cordis sui exerceat malitiam. Sed discamus potius ex hac & alijs historijs,

Nostram humanam imbecillitatem. Sensus & humani cordis cogitatio, ad malum pronasunt. Gen. 3.

Christi erga lapsos ineffabilem bonitatem.

Disceptatio oritur inter discipulos de primatu in regno Christi, ex ignorantia: putabant enim illud fore mundanū. Vbi mone-mur,

Non faciam regna contentio: non enim capere dicimus: sed intelleximus. Sed de re illa Domini verbum audiamus. Cum quatuor discipuli errarent, qui tot Christi concordes audierant: quid de potentationibus verberet? Hic non esse querendum, sed quare Domini Dei. Non regnum igitur audiamus: sed regnum: sed creaturae etiam Deo regno spiritus sancto per hanc in nobis sit esse.

Peccant autem discipuli dupliciter, scilicet

Ambitione, Contentione.

Non confident, quod Christus dixerat,

Seruus nō est maior domino, Filius hominis tradetur, Mitto vos sicut oves in medio luporum. Matt. 10.

Videmus igitur, liberum arbitriū in rebus divinis sine Dei gratia nihil omnino valere. Dicitur enim,

Qui spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Rom. 8.

Sapientia carnis, inimica est Deo. Ibidem.

Primò, ut nobis ab inani caueamus praesumptione.

Secundò, ne aegre feramus nos corripi verbo divino, cum hodierno adhuc die Evangelium Apostolorum arguat imbecillitates.

Tertiò, omnes contentiones huius mundi esse de rebus nullius momenti.

Quartò, in primis verbis ministros omnem debere operam dare, ne inter eos de primatu oriantur contentiones.

II. Patientiam Christi erga discipulos, qui debuerant considerare

Tempus ab omni contentione alienissimum: tum enim dies instabat Dominicae passionis.

Conciones praetoris sui, de regno spirituali inchoando, non de mundana exercenda potentia.

Non tamē eos Dominus reijcit: sed

Familiariter increpat,

Amicifimē erudit,

Et dicit, Scitis quia principes gentium dominantur, &c. Facit itaque discrimen inter suum regnum, & regna mundana. Nam in

Regno Christi, eos qui praesunt, alijs inferuire oportet.

Regnis mundanis primates potenter regnant, & ab omnibus eis est inferiendum.

Hoc loco quaeritur,

Nam Christus reijcit magistros & principes gentium. Non dicitur, sed dicitur. Non dicitur, sed dicitur. Non dicitur, sed dicitur. Non dicitur, sed dicitur.

Nam Christus potestatem ad se habuit. Regis in multo reijcit, magis homines illi.

Propterea dicitur

Hoc loco, principes vocari beneficos, quo vocabulo illos sui admonet officij.

Rom. 13. Omne potestatem esse à Deo. 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanae creaturae, &c.

Sed his postremis temporibus, huius mundi princeps, Deo propter peccata connuente, omnia confundit. Videmus enim, Ecclesiastici status homines, neglecto suo officio, mundana exercere negotia, bella gerere, provincias vicinas deuastare, arces & oppida occupare. Contra magistratui politico praefecti, neglecta iustitia & iudicio, reformationes ecclesiarum, pro temporis conditione, contra sacram scripturam, & Apostolicam doctrinam, institunt: contradicentes damnant, eijciunt, occidunt, &c. venationibus, crapulae & voluptatibus inuigilant. Ac ita in hoc mundo omnium ordinum est mera confusio.

III. Promissionem, qua Christus suos aduersus futuras, & iam illis imminentes calamitates consolatur, cum dicit,

Vos estis qui permanistis mecum in tentationibus meis.

Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus, regnum:

Ve edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.

Et sedeat super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.

Quasi dicat, Bono tantummodo estote animo, & regnum vobis dabo. non temporale, sed aeternum: faciam vos principes, non huius mundi, sed caeli. Sed de illud suscipietis regnum, quomodo id suscipere videtis, per multas scilicet tribulationes & afflictiones. Sed couertetur moeror vester in gaudium, & gaudium vestrum necesse erit vobis. Hoc ita futurum testatur

Christus in oratione sua, Iohan. 17. Pater quos dedisti mihi, volo ut vbi sum ego, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam, &c.

Iaco. 1. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam reprobis dedit Deus diligentibus se.

Patienter igitur feramus afflictiones propter Christi nominis confessionem: & perseueremus in vera fide, vsque ad vltimum nostrae vitae terminum. Qui enim perseuerauerit vsque ad finem, saluus erit, Matth. 10. Amen.

IN FESTO MATTHÆI
APOSTOLI.

Euangelium Matthæi ix.


In illo tempore, Cùm tranfìret IESVS, vidit
hominem fedentem in telonio, Matthæum
nomine. Et ait illi, Sequere me. Et furgens, secu-
tus est eum. Et factum est: discumbente eo in
domo, ecce multi publicani & peccatores veni-
entes, discumbebant cum IESV & discipulis
eius. Et videntes pharisæi, dicebant discipulis
eius, Quare cū publicanis & peccatoribus man-
ducat magister vester? At IESVS audiens, ait,
Non est opus valentibus medico, sed malè ha-
bentibus. cunctes autem discite quid est: Miseri-
cordiam volo, & non sacrificium. Non enim
veni vocare iustos, sed peccatores.

Marc. 2. b
Luc. 5. f



Osee 6. c.
Matth. 12. a
1. Tim. 1. c

Q9 *Euang.*

Euangelio hoc depingitur nobis regnum Christi: quod videlicet illud sit regnum pro peccatoribus suscipiendis. Sunt autem tria præcipue obseruanda:



Videmus hoc loco, quales esse debeant, qui recipi in regnum Christi volunt, & quid illis sit faciendum: videlicet vt audiant verbum, credant, & sequantur. Non enim rejicit Christus vllum peccatorem, sed omnes ad poenitentiam vocat: Venite ad me omnes, &c. Matr. 11. Et Paulus inquit, Conclufit Deus omnia in incredulitate: vt omnium misereatur. Rom. 11.



IN FERIS S. MICHAELIS
ARCHANGELI.

Euangelium Matthæi xvij.

Marc. 9. e
Luc. 9. f
Matth. 19. b
I. Cor. 14. d
Marc. 9. f
Luc. 17. at
In illa hora accesserunt discipuli ad IESVM, dicentes, Quis, putas, maior est in regno cælorum? Et aduocans IESVS paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit, Amē dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Neceffe est enim vt veniant scandala: veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum, & projice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: bonum tibi est vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis quia angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei qui in cælis est.

Matth. 5. e.
Marc. 9. g

Eccles 5. b

De Anz

De angelis tria sunt nobis obseruanda,

I. Quando & quo modo angeli sint

Creati, Vbi, Lapfi

Ex Mose facillè intelligitur, eos creatos ante hominem. Sicut enim homo cõditus est post absolutã terrã, sic angeli post absolutũ cælũ creati creduntur. Verũ

Hominem ex limo terræ Deus fecit quantum ad carnem attinet. Gen. 1. Animam ex nihilo creatur. Angelos Dominus ex nihilo condidit, eorumque maximam multitudinem.

Daniel. 7. Multa millia ministrabant ei: & decies octogena millia assistebant ei. Match. 26. An potest quis postulare regnum celorum: & exhibebit illi modum plusquam 12. legiones angelorum? &c.

Sunt autem angeli, substantiæ spirituales, intelligentes, incorporeæ, & inuisibiles. Et tñ Interdum apparent in specie aliqua corporea. Intellectus acrimonia omnes homines longè antecellunt. Operatio eorum multò est quam nostra expeditior & celerior.

Christus indicat Iohan. 8. Vos ex patre diabolo estis, ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Augustinus explicat li. 11. de Genesi, ad litteram.

Quemadmodum enim alij per incredulitatem, alij verò per malitiam, filium Dei, cuiusque legem & Ecclesiam catholicam aspernantur, & ex beatitudine iustè in infernum abijciuntur: sic per superbiam angeli, filio Dei contempto, cælo sunt pulsi. Multos autem à veritate descivisse, latè apparet ex Christi verbis Matth. 11. vbi dicitur: Quisquam proprium habere regnum, &c.

Consolatur angelus ancillam Agar, Gen. 16. Ioseph, Matth. 2. Magdalenam ac reliquas mulieres ad monumentum, Marc. 16. Luc. 24. Educunt angeli Lot ex Sodoma, Gen. 19. Kurfus Agar ab angelis consolationè accipit, Gen. 21. Angelus prohibet ne Isaac à patre occidatur, Gen. 22. Angelus Abraham feruum conducit, Gen. 24. Iacob ab angelis custoditur, Gen. 28. Angeli Iacob obuiam veniunt, Gen. 32. Angelus maledicta Balaam impedit, Num. 22. Angelus Israëlitas ad penitentiam vocat, Iud. 3. Angelus Gedeoni contra hostes adest, Iud. 6. Angeli prænantiant Samsonem nasciturum, Iud. 13. Angeli Eliam in deserto pascunt, 3. Reg. 19. Angelus eisdè suggerit, quid Regi diciturus sit, 4. Reg. 1. Sennacherib cù exercitu ab angelo caditur, 4. Reg. 19. Angelus Tobiam à pisce liberat, cap. 6. Angelus defendit Iudith, cap. 13. Angelus tribus pueris in fornacè cõiectis assistit, Dan. 3. Angelus Habacuc ad Danielelem perducit, Daniel. 14. Angelorum exercitus Eliseum custodit, 4. Reg. 6. Angelus Iohannis natiuitatem annuntiat, Luc. 1. Angelus Mariæ incarnationem verbi annuntiat, Luc. 1. Angeli pastoribus apparent, Luc. 2. Angelus mandat Ioseph vt fugiat cum puero & matre, Matth. 2. Angelus iubet vt redeat, Ibid. Angeli Christo post tentationem in deserto ministrant Matth. 4. Angelus piscinam Bethsaida mouet, Iohan. 5. Angelus in orto Christum consolatur, Luc. 22. Angeli post resurrectionè discipulis apparent, Mat. 28. Angeli Apostolos ex carcere educunt, Act. 5. Angelus Petrum liberat, Act. 12. Angelus Philippum quò ire debeat, admonet, Act. 8. Angelus indicat Cornelio in Caesarea quid debeat facere: nimirum vt Petrum vocet, qui ipsum instruat, Act. 10. Angeli sunt custodes puerorum, Matth. 18. Angelorum ministerio Lex Iudeis data, Act. 7. Angelos suscipit Abraham hospitio, Gen. 18. & 19. Angelus præcedit castra Iudeorum, Exod. 14. Angelus luctatur cum Iacob, Gen. 32. Angeli separabunt malos de medio iustorum, Mat. 13. Angeli vocabunt omnes mortuos ad iudiciũ, Mat. 24. Angeli nos perducunt in vitam æternam, Luc. 16.

II. De angelorũ officio, quod est quadruplex:

- 1. Laudare & glorificare Deum, & eius mandata exequi.
2. Conseruare pacem in terris, tueri regna, singulos ab incurfu demonum defendere, bona fugerere, atque à malis abstrahere.
3. Orare Deum, & pro hominibus intercedere, vt Deus velit suam clementiam ipsis exhibere.

Isaia 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & c. Septuaginta stabant, & clamabant, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum. Iohanne Apocalip. 12. Et factum est prælium magnum in cælo: Michael & angeli eius præliabant cum dracone. Videmus enim satanam concubos excitare discordias, & interturbare pacem. Quod etiam testatur Daniel, cap. 10. Princeps regni Persarum restitit mihi, &c. Zacharia, cap. 1. Angelus Domini dixit, Domine exercituum, respice tu non misereberis Ierusalem & vrbium Iuda, quibus iratus es: Iste tempus respice: angelus annus est. Sic & Christus gaudium futurum in cælis affirmat: Iste vno peccatore penitentiam agente, &c. Luc. 15.

Hæc tria officia angelorum summa diligentiã expeditur nato Christo, vbi canunt, 1. Gloria in excelsis Deo, Luc. 2. 2. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

- 4. Defendere nos contra infidias hostium, qui sunt Diabolus, Mundus, Caro.

Ab his oriuntur Persecutiones, Tumultus, Bella, Falsæ doctrinæ, Peccata, Flagitia turpissima. Possent autem Deus etiam absq; angelis nos defendere: sed vult vt medijs. Sic

Quod autè per angelos nos defendere, regere, gubernare, atq; cõsolari velit Deus, hæc exèpla ostendunt: Diluio, Gen. 7. Igne, Ibid. 19. Mari, Exod. 14. Varijs penis, Psal. 10.

III. Quæ nos erga angelos facere deceat: nempe vt

- 1. Pueros ac vniuersos Christianos adoneat concionator, ne impuris colloquijs, aut impudicis gestibus angelos offendant, aut à se pellant.
2. Gratias Deo agamus, quòd talibus contra satanæ infidias nos munire custodibus voluerit.
3. Deum timeamus, vt ita occasionem habeant nobiscum permanendi: secundum Psal. 33.
4. A peccatis ipsis ablineamus, ne fenestra diabolo ad nos ingrediendi pareatur.
5. Ipsos veneremur, atq; oremus, vt quemadmodum olim pro populo Iudaico, & pro ciuitatibus Iuda Deum orabant, ita & nunc pro nobis, pro nostris ciuitatibus orare, & intercedere velint.

Multis culibet homini angelum esse concessum, qui non nisi peccatis compulsus ab ipso discedat. Sicut enim apes fumo, & columbarum fœtore fugantur, sic angeli peccatis ab homine pelluntur. Angustinus angelos ab hominibus discedere, quando eos diaboli operamento allentiri sentiunt, idque fieri summo cum mœrore. Quemadmodum enim angeli gaudent super vno peccatore penitentiam agente: ita & contristantur super multis à veritate aberrantibus.

Summa ergo religione tenentur Christiani angelos colere, venerari, atq; amare: vt qui semper assistent Deo, semper videant faciè Patris, cui offerunt nostra bona opera nostrasq; preces, quæ orant assidue pro nobis, bona nobis suggerunt, mala procul arcent, demoni sese pro nobis opponunt, & omnia quæ ad nostrã salutè vident esse vtilia, nobis procurant. Doccant igitur concionatores populũ, parentes filios, cælestes hos spiritus multũ amare, & frequenter memoriam eorum repetere, & diaboli nomè detestari. Vt ipsi nobiscũ habitent, pro nobis orent, & tandem ad vitam æternam animas nostras perducant. Amen.

IN FESTO SIMONIS
ET IVDÆ.

Euangelium Iohannis xv.

In illo tempore dixit IESVS discipulis suis, Hoc *Iohan. 13. d*
est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut *Ephes. 3. a*
dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, *1. Theff. 4.*
vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos a- *b. c*
mici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.
Iam non dico vos seruos: quia seruus nescit quid fa-
ciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia om-
nia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vo-
bis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & po-
sui vos: vt eatis, & fructum afferatis, & fructus ve- *Matt. 28. d*
ster maneat: vt quodcunque petieritis Patrem in
nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt di- *1. Ioh. 4. d*
ligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote quia
me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis:
mundus quod suum erat diligeret. quia verò
de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo:
propterea odit vos mundus. Mementote sermonis
mei, quem ego dixi vobis, Non est seruus maior do- *Iohan. 13. b*
mino suo. Si me persecuti sunt: & vos persequen- *Matt. 10. c*
tur. si sermonem meum seruauerunt: & vestrum *Matt. 24. d*
seruabunt. Sed hæc omnia faciēt vobis propter no-
men meū: quia nesciunt eum qui misit me. Si non
venissem, & locutus fuisset eis: peccatum non ha-
berent. nunc autem excusationem non habent de
peccato suo. Qui me odit: & Patrem meum odit. Si
opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit: pec-
catum non haberent. nunc autem & viderunt, &
oderunt & me & Patrem meum. Sed vt adimplea-
tur sermo qui in Lege eorū scriptus est, Quia odio *Psal. 24. c*
habuerunt me gratis.

Si Hoc

Hoc Evangelium necessariam nobis proponit doctrinam de vita verè Christiana, & quæ pericula homini fideli in hoc mundo sint expectanda, & quibus consolationibus se debeat sustinere, ne ab aduersarijs prorsus prosteratur. Christus enim in hac concione facit tria:

I. Cohortatur discipulos suos ad fraternam dilectionem, dicēs, Hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicē sicut dilexi vos: quasi dicat,

Moses vestros patres & maiores multis oneravit legibus, & multa eis tradidit præcepta: sed spiritum & facultatē seruandi & implendi ea, non subministravit. Ego Christus hoc vnicum mandatum do vobis, vt inuicem diligatis, vt huius dilectionis virtute mihi inferamini: quod si feceritis, veri mei discipuli eritis.

Nō enim sufficit in Christianismo, fidem ore cōfiteri: sed requiruntur etiam charitas, penitentia, & legis obedientia.

Fides excitat inuocationē, & inuocatio impetrat dilectionē, quæ facit arborē bonam. Fides autē ore iactata quantis vera sit, si vitā per charitatē non corrigat, nec legē impleat, nihil profusus p̄dest, nec facit arborē bonā. 1. Cor. 13.

Hinc hæretes & schismatizantur. Nam

Quando nos iuxta doctrinam Apostoli Iacobi & Christi Iesu clamamus, fidem solum sine operibus non esse salutem, nonneque iustificare, nec vitam salutem nos facere, atque ad salutē sufficere. Sed hæc opinio vt hæretica est reijcenda. Nos Catholici dicimus cum Christo, quod veri discipuli Christi cognoscantur in hoc, quod inuicem se diligant.

Iustificat impium, Gal. 5. Delet peccata, Luc. 7. Confert Spiritum sanctum, Act. 2. Facit nos manere in Deo, & Deū in nobis, Io. 15. Dat meritum æternæ vitæ promerendæ, Patiens, Est benigna. Aemulatur, Agit perperam, Inflatur, Est ambitiosa, Querit sua, Cogitat malum. Suffert, Credit, Sperat, Sustinet. Omnia Nunquā excidit, 1. Co. 13.

Ab omnibus odium erat illis expectandum. Necessè igitur erat, vt se mutuo saltem amarent. Cū Christi essent discipuli, necessè erat vt magistro summū exhiberent cultū, dilectionē scilicet erga Deum & proximū. Vnam fidem erant prædicaturi, ideo necessè fuit, ipsas vnam cor, vnamque habere affectionem.

Hęc dilectio discipulis erat valde necessaria: Quia

Ab omnibus odium erat illis expectandum. Necessè igitur erat, vt se mutuo saltem amarent. Cū Christi essent discipuli, necessè erat vt magistro summū exhiberent cultū, dilectionē scilicet erga Deum & proximū. Vnam fidem erant prædicaturi, ideo necessè fuit, ipsas vnam cor, vnamque habere affectionem.

Impediunt autem dilectionē due vitæ:

Auaritia seu cupiditas, de qua dicit Paul. 1. Tim. 6. quod radix sit omnium malorū: quæ suatantum commoda querit, per quā incidunt homines in temptationem, & in laqueos diaboli. Inuidia & odium.

Cauemus ergo Christiani ab his furijs: & oremus vt Dominus charitatē & dilectionem diffundat in cordibus nostris per Spiritū sanctū. Ro. 5.

II. Prædicat suis discipulis persecutionem, & admonet ne patiatur se eadiuelli à Christi & mutua dilectione: Mundus vos odio habebit, & persequetur. Non ait, Prosequetur vos odio

Rex quidam, Princeps aliquis, Fratres, Famulus, Vicinus, Vna ciuitas, Aut vnum tantum regnū:

Sed totus mundus, qui nihil aliud est, quam cœtus hominum

Contemptum verbum Dei, Non credentium Evangelio, Abnegantium veritatem, Negantium Ecclesiam Romanam, Non agnoscētium septem sacramenta, Non consentiū charitatis iustitiam.

Hic cœtus iustus precipi & capiti suo diabolo, Catholicos omni tempore & loco persequetur. Necessè est vt tantū odium minima charitate meriti perferatis. Nunquam enim conueniet inter

Nam

Christus, Apostoli, & Ecclesia catholica Romana, docent diligēdos esse inimicos, charitatem iustificare, opera iustificationū, quia Spiritu Christi nūc, digna esse vita æterna. Mūdus docet odisse quot quot verè fideles sunt, vt qui filij Christi sint, negat charitatis virtutē, & eius dignitatē, facitq; iniuriā Spiritui sancto, qui in nobis viuūt.

Cū enim mundus maior sit pars: nempe Turcæ, Gētilēs, Iudæi, Barbari, Lutherani, Hugonistæ, videtur pios omnes oppressur. Sed cōsolatur nos Christus, dicens,

Ego elegi vos. Scitote quia mūdus me priorem vobis odio habuit. Non est seruus maior Domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur.

Ex his mirifica & incomparabilis oritur nobis consolatio, quæ minuit dolorem, cū scimus Christū eadem & maiora passum, quā nos patimur, cū scimus etiam nos non de mundo, id est de regno factanæ, sed membra Christi esse.

Hęc eōd atteritū obferuemus, quō maior est, ac dignior, qui nobis doctrinam proposuit.

Quis dubitabit crucem subire, quā Christus ascēdit? quis cōtemnet Ecclesiam Romanam, quā Christus ædificauit?

Incredibile lætitiā patiunt Christianorū animis verba illa Christi, Ego elegi vos: Scitote quia mundus priorem vobis odio habuit. Quis est tam stupidus, qui non vitro lubensque grauissima quæque pro Christo Iesu, & pro eius Ecclesia catholica, atque eius doctrina, tormenta, conuicta, probra, & alia quæ mundus impotens, non toleret, potius quā ad ipso deficiat?

III. Consolatur discipulos vt patienter ferant furturas, & iam imminentes afflictiones. Est autē hæc cōsolatio quadruplex. Sic enim ait,

- 1. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.
2. De mundo non estis, sed ego elegi vos de mūdo: propterea odit vos mundus.
3. Hęc omnia facient vobis propter nomen meum.
4. Nesciunt me, & oderunt me. Qui autem me odit, & Patrem meum odit.

Hęc considerabimus,

Iniquum esse seruum illum, quod videtur herum suum pane & aqua contentum, velit vino & delicatissimis cibari. Non debet augere crucem, quæ est symbolum ducis nostri militare, abhorre. Quod Christus nos elegit de mundo, qui si sua misericordia nos non elegeret, ex mundo & de mundo sicut ceteri essemus, perierit. Et quia Christus nos elegit, & relicto mundo ipsum sequimur, confitemur, & imitamur: ita mundus nos odit. Tormenta & reliqua quæ a Apostolis, martyribus, à tyrannis & mundo illata, non propter sua peccata, sed propter caritatem nomen Iesu illis fuisse inflicta. Quia credebant & confitebantur Iesum esse salutem, saluam rem, & in tempore, reconciliatorem animarum nostrarum: ideo illos neci dabant. Felices eos qui pro Christo patiuntur, atq; reliqui eos pios catholicos, qui propter nomen Christi & eius sponsæ Ecclesie, persecutionem & odium patiuntur. Quemadmodum olim Iherosolimitani, dicentes se nosse Deum, ipsumq; patrē habere, cū Christū verū eius filium persequerentur, huiusmodi nostri temporis hæretici errant, dicētes se nosse Christum, cū eius sponsam Ecclesiam Romanam odio persequantur. Qui odit Ecclesiam Romanā, odit & Patrem eius & sponsum Christianæ religionis: qui illam regit, gubernat, protegit, atq; defendit.

Qui igitur veri discipuli Christi sunt, doctrinam eius quam Romana tenet Ecclesia, charā habeant. Si o istam causam complures odio ipsos persequuntur, ne mirentur, neque turbentur: nam Christum etiam mundus odio magno persequutus est, non debet esse seruus supra dominum, discipulus supra magistrum. Quin lætentur vt qui pro Christi nomine patiuntur, & à Christo sint electi, vt cum ipso in æternum regnent in gloria, Amen.

IN FESTO OMNIUM
SANCTORVM.

Euangelium Matthæi v.

In illo tempore, videns IESVS turbas, ascendit
in montem: & cū sedisset, accesserunt ad eum
discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos,
dicens, Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum
est regnum cælorum. Beati mites: quoniam ipsi
possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam
ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, & si-
tiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati
misericordes: quoniam ipsi misericordiam con-
sequuntur. Beati mundo corde: quoniam ipsi
Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij
Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem pati-
untur propter iustitiam: quoniam ipsorum est
regnum cælorum. Beati estis cū maledixerint
vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne
malum aduersùm vos mentientes, propter me:
gaudete & exultate, quoniam merces vestra co-
piofa est in cælis.

Ex hoc

Luc. 6. d

Psal. 37.

Isa. 65. b

Psal. 24.

1. Pet. 3. c

Marc. 9. g

Luc. 14. g

Ex hoc Evangelio tria obseruabimus,

I. Quinam sint veri Sacti: scilicet non illi, qui

- Coram mundo speciosam agunt vitam,
- Ab hæreticis celebrantur, quique propter hæresim supplicio sunt affecti, vel firmiter ac certo statuunt se sola fide sanctos fieri.

Nam

- De his dicit Christus Matth. 6. Amé dico vobis, receperunt mercedem suam: omnia faciunt ut videantur ab hominibus.
- De his verò dicit Paulus 1. Corin. 13. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem aut non habuero: nihil mihi prodest. Ipsos charitatem non habere clarum est, quia non seruant veritatem.

Veri sancti sunt qui

- Sacraménto fidei iniuati, mundo, carni, ac diabolo abrenuntiarunt.
- Remissionem peccatorum sunt consecuti.
- Gratiâ Spiritus sancti receperunt.
- Christi sanguine redempti, reconciliati, iustificati, & sanctificati sunt.
- Opera bona faciunt.

Hos Christus quam pulcherrimè describit præfati Evangelio, cum ait, Beati

1. Pauperes spiritu,
2. Qui lugent,
3. Mites,
4. Qui esuriunt,
5. Misericordes,
6. Mundo caros,
7. Pacifici,
8. Qui perfectionem patiuntur propter iustitiam,

Ipsorum est regnû celorum.

Consolabuntur. Possidebunt terram.

Saturabuntur.

Misericordiâ consequentur. Deum videbunt. Ilij Dei vocabuntur. Ipsorum est regnum celorum.

Nam

- 1. Pauperes spiritu sunt, qui in solâ Christum, non in diuitiis, fiducia reponunt: qui etiâ nihil boni habere se sciunt in corpore quàm in anima, quod à Deo per Christum non acceperint. Tales fuerunt Abrahamâ, Lot, Jacob, Ioseph, Dauid, Iob, Constantinus.
- 2. 2. Corin. 6. In omnibus exhibeamus, &c.
- 3. Psal. 36. Mansueti hereditabunt terram.
- 4. Docet ut cuique suû tribuamus: scilicet:
 - Deo: Fidem, Dilectionem, Timorem, Spem.
 - Proximo: Superiori obedientiam, Pari benevolentiam, Inferiori auxilium.
 - Sibi ipsi: Corporum Os frænatum, Corpus cultum.
- 5. Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenum, &c.
- 6. Psal. 50. Cor mundum crea in me Deus, &c.
- 7. Christus pacem nobis commendauit, Iohan. 14.
- 8. Multi patiuntur persecutionem, sed non propter regnum Dei, nec propter iustitiam.

Verus igitur est Christianus, verèque pauper spiritu, qui vel paupertatè patienter fert, vel opes ac diuitias propter Dei gloriam hilariter animo potest amittere, & omnia bona quæ habet tam in corpore quàm in spiritu, Deo datori accepta refert, vel qui voluntariâ in religiõ proficitur paupertatè.

Tanquam Creatori, Redemptori, Iudici, Remuneratori.

Conseruando.

II. Quibus in rebus consistat communio Sanctorum. Hic audiamus ipsum doctorem gentium Paulum, ad Ephesos ita dicentem cap. 4. Obsecro vos, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes iniucè in charitate, solliciti seruire veritati Spiritus in vinculo pacis. Et deinde subiicit:

1. Vnum corpus,
2. Vnus spiritus,
3. Sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ.
4. Vnus Dominus,
5. Vna fides,
6. Vnum baptisma,
7. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

Hoc probat & testatur

1. Diuus Paulus Apostolus Rom. 12. Sicuti in vno corpore membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita in vno corpore sumus in Christo, &c.
1. Cor. 12. Quemadmodum corpus vnum est, & membra habet multa, &c.
2. Idem Rom. 8. Legatur totum illud caput.
1. Cor. 6. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri?
3. Idem 1. Cor. 1. fideus Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri.
1. Tim. 6. Apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, &c.
4. Idem ad Galat. 3. Quicumque in Christo baptizatus est, in Christum induit: non est Iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber, &c. Omnes enim vnum esus in Christo Iesu.
5. Exemplum patriarcharum, prophetarum, & ipsorum dominorum, tam veteris quàm noui Testamenti.
6. Administratio baptismi. Non enim melior est baptizatus ex Iordane, quàm ex Danubio, vel Rheno. Datur enim in Ecclesia in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.
7. Paulus Rom. 3. An Iudæorum Deus tantum? & Gentium? &c.
- Rom. 10. Idem Dominus omnium, & omnes qui inuocant illum, &c.

Hinc docemur,

1. Quòd si vnum corpus sumus cum Christo, ipse autem est caput nostrum, & nos eius membra, quòd sumus verè, & non apprehensiuè tantum, participes virtutis eius, scilicet iustitiæ, innocentie, aliarumque virtutum. Nam aliis imaginaria duntaxat esset illa connexio. Secundo, si membra vnius corporis sumus omnes Christiani, ergo virtus vnius membri communicabitur alijs membris. Hoc probat scriptura, ad Rom. 15. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, &c. & 1. ad Cor. 9. & Psal. 118. Particeps sum ego omnium timentium te.
2. Cum vnus Spiritus sit qui viuificat omnes Christianos, qui etiam ipsos docet, non possunt Christiani sentire diuersa circa articulos fidei. Non est igitur idem Spiritus Christi, qui docuit Lutherum, Melancthonè, Caluinum, Zuinglium, Anabaptistas, ac reliquos nostri temporis hereticos, sed est alius spiritus vel diaboli, vel mundi, vel carnis: cù diuersa hi omnes sentiant, ac doceant, ad salutem necessariam.
3. Non alia fide quàm catholica tenet Ecclesia, oēs pios esse saluatos: nempe fide quæ coniunctam habeat bonam voluntatem. Non fide illa sola ante quadraginta annos excogitata. August. epist. 157. & lib. 2. de peccatorum mer. & remis. cap. 29. item de Natura & gratia, cap. 44.

III. Sanctos debemus

1. Orare,
2. Colere,
3. Loca vbi reliquæ eorum sunt, visitare.

Quia

1. Orant pro nobis. Sicut enim angelorum charitas, qua Deum diligunt, incitat eos ut nos diligant, & pro nobis orent: ita iam charitas perfecta Sanctorum, ipsos incitat ut pro nobis oret. Sumus enim iniucè membra.
2. Templâ fuerunt Spiritus sancti, qui singulari amore ipsos amant, donisque, maximis ornauit, & clarissimis virtutibus in ipsis habitauit.
3. Præsentia illius loci vbi requiescunt, vel mortui sunt, aut eorum memoria sit, affectus commouetur, ut ardentiori charitate Deum amemus, qui solus potest virtutem præstare qua Sanctos imitemur.

Hoc docet

1. Scriptura Ezech. 1. & 42. Act. 7. & 27. Hieron. contra Vigilantium. Cyprianus lib. 1.
2. Euseb. lib. 1. contra Iulianum. Iulianus lib. 20. contra Faustum. Iulianus lib. 8. & 10. de Ciuit. Dei. Iulianus lib. 8. & 10.
3. Idem epist. ad Romanos. Sanctorum. vide Gen. 28. & Eg. 13. Hieron. tom. 2. epist. ad Romanos. Aug. de Ecclesiastica disciplina. Chrysostomus. hom. 66. ad populum Antiochie.

Sunt etiam Sancti inuocandi à Christianis propter duas causas:

1. Quia eorum meritis & orationibus multa Deus nobis concedit, alioqui non largiturus, tam spiritualia quàm corporalia.
2. Quia Sancti orationes nostras cognoscunt ad se directas, vel Spiritu Dei reuelante, vel angelis qui nobiscum sunt insinuantibus, vel præsentia sua audientes. Sicut Moses & Elias presentes fuerunt Apolloni in monte.

Hoc probant

1. Dionysius. ca. vlt. de ecclesiast. hierar. Hierony. ad Dardanum de terra promiss. Leo ferm. 2. & 3. de annu. Pontificatus sui. Ambro. lib. 1. de penitentia. August. serm. de S. Stepha. Hieron. contra Vigilantium. Greg. Nazian. in oratione in martyres Machabæos.
2. Aug. lib. de cura pro mort. ca. 15. & sequent. Hierony. in commentarijs in Iesaiam.

IN FESTO ANIMARVM.

Euangelium Iohannis xi.

IN illo tempore dixit Martha ad IESVM, Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. sed & nunc scio quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi IESVS, Resurget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dicit ei IESVS, Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. & omnis qui uiuit, & credit in me: non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi, Vtique Domine, ego credidi quia tu es Christus filius Dei uiui qui in hunc mundum venisti.

Iohan. 5. e

Luc. 14. c

Iohan. 6. d

V u *Euang.*

1914

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

Quinque modis adiuuantur animae que sunt in purgatorio :

I. Sacrificio: quod est triplex, Oris, Cordis, Altaris,

De illo ait Dauid Psal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Psal. 60. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Psal. 4. Sacrificate sacrificiū iustitiæ, & sperate in Domino, &c.

Hæc duo profunt animabus propter fidem, pietatem, & alias virtutes eorum qui orant. Hæc sacrificia in merito sunt pretio apud Deum, vt quæ Christi virtute & meritis sint condonata. Hæc duo eisdem Christi, qui habitant in eorum animis, fiant. Hoc prodest animabus propter inaccessibilem misericordiam, & plusquã diuinã dignitatem, ac propriam excellentissimã misericordiam, vt angelos & Sanctos ipsos latificet, viuente iustificet, & mortuis misericordiam suam, eos tamen qui in purgatorio sunt, quorum pœnas delet.

Ratio huius suffragij est, nã

Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. 1. Cor. 12. Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 2. Cor. 3. Dauid ait, Potasti nos vino compunctionis. Psal. 59. Cùm Dei sint hæc dona, ipsi necesse est sint grata & accepta. Inter reliqua opera charitatis, Eucharistia maximè ad charitatem pertinet, & eius oblatio: quia est Sacramentum ecclesiasticæ vnionis. Vnde cùm ipsa sit vinculum nostræ vnitatis, nobis omnibus communicat suas virtutes. August. hom. 17. de verbis Apostoli.

II. Oblationibus: quæ sunt multiplices: Pecunia, Cerei, Anima-lia, Ornamenta, Panes, Vinum.

Quæ omnia, quanuis ipsi Deus opus non habeat, à suis tamen creaturis bono animo oblata libenter accipit. Odorque harū oblationum calos transcendit, ad ipsūque penetrat. Quæ etiam tantò hilaritùs iucundiusq; accipit, quantò maiori cum charitate à suis creaturis offeruntur: & vt illis pro quibus offeruntur, sint vtilia, misericorditer concedit. Pertinent enim hæc omnia ad diuinum eius cultum, ob idque ipsi sunt accepta. Damascen' in sermone de mortuis, docet cereos oleūque pro his offerri.

Hæretici nostri temporis

Hæc quæ suffragio scripturarum sacrarum destituta reijciunt: atque idcirco nobis non sunt accepta, quia Deum talia detestari temere præsumunt affirmare. Hæc ego, sicutine Abel sine expresso Dei mandato sacrificium illud præsumunt, quæ gregis sui, & adipem offerre? num fuerit Deus exaceratus illius sacrificij? quædem: respexit enim Dominus ad Abel & ad munera eius. Hæc enim Christus licet primogenita gregis, panes, fructus, ac reliqua omnia Deo offerre: qui respicit ad nos & ad munera nostra, modò bona conscientia offerunt. Iudas Machab. 12. milia drach. argenti obtulit pro mortuis. 2. Ma. 12.

Consuetudo hæc sacris scripturis non aduersatur: imò illis est admodū consona. Patres eas confirmat, confirmat eam vniuersalis Ecclesia, tum occidentalis tum orientalis. Horū ac præsertim Ecclesiæ authoritas apud viros pios & bonos maioris pōderis esse debet, quàm hæreticorum vana audaxque præsumptio.

Adiuuantur animæ quæ sunt in purgatorio, applicatione sacrificiorum. Nam quemadmodum Christus se oblatum se oblatum Patri hostiam cruentam in sacrificium verum, non tantum pro credentibus viuus qui tum erant, & in posterum subsecuturis, verum etiam pro mortuis illis qui in fide & iustitia vera ex hoc mundo migrauerant: ita & modo oblatum, quem Ecclesia repetit ex Christi institutione, prodest non modò viuus credentibus, verum etiam mortuis, qui satisfactione plena pro suis peccatis nondum peracta hinc discesserunt: qui in loco aliquo iuxta Dei voluntatem pœnas debitas sustinent. Hinc Ecclesia ab Apostolis informata, & Spiritu sancto ipsam docente, statuit, non minùs pro mortuis, quàm pro fidelibus viuus sacrificium illud in satisfactionem penarum æterno Patri esse offerendum, & eius inaccessibilem misericordiam, quæ debet applicari.

Quodd autè Patres veri Apostolorum successores, & vicini eorum temporibus, ita vno ore senserint, clarum est: nam Quæ cùm sint longè grauissima testimonia, animos piorum in suam pertrahent sententiam.

Tertullianus de Monogam. Vxor, inquit, pro anima mariti orat, & refrigerium eius adparat ei, & in prima resurrectione confortium, & offert annuis diebus dormitionem eius. Idem lib. de exhort. castit. Iam repete apud Deum pro cuius spiritu postulat, pro quo oblationes annuas reddas. &c. Cypri. lib. 1. epist. 9. negat pro eo offerri, nec sacrificium pro dormitione eius debere, qui excedens ad tutelam aut curam clericum nominasset. Ambro. de obitu Theod. trigessimū & quadragessimū obitus diem obsequium scribit: atque vtraque obseruationem habere auctoritatem, qua necessarium potius amplectitur officium. August. lib. 9. Confess. cap. 12. scribit pro matre sua oblatum fuisse sacrificium pro se fieri. Beatus Ephrem in suo testamento, cùm trigessimū diem compleisset, suam matrem ita petiuit.

Vnde constat,

- 1. Anniversariã illam memoriã, quam pro mortuis Ecclesia celebrat, Tertulliani temporibus fuisse obseruatam.
2. Orationes mortuis prodesse, nam aliqui Tertullianus non hortaretur vxorem vt pro mortuo oraret marito.
3. Pœnas pati animas in alia vita: aliàs enim non instaret Tertullianus vt refrigerium vxorimæ mariti adpostularet.
4. Oblationem Missæ illis animabus prodesse, quæ cælo exclusæ, in aliquo plestantur loco.
5. Trigesimali diei à morte defuncti commemorationem, quæ fit in Ecclesia à viris fidelibus, non esse nunc excogitatum, sed ab illis temporibus acceptam.
6. Consuetudinem hæc, quam tenet ecclesia Romana, celebrandi annuè festum Animarum, nõ esse recenter commentã atq; introductam, sed ab ipsis Apostolorū temporibus ad nos vsq; deuolutam.
7. Non temere ea esse statuta quæ de mortuis docet Ecclesia, sed antiquissimæ consuetudinis auctoritate esse corroborata atque retenta.

III. Orationibus, dicente

Scriptura, 2. Mach. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Ecclesia suis fidelibus filijs, Oremus pro fidelibus defunctis. Et in canone post consecratione, Memento Dñe famulorū, &c.

Ad orationes reducuntur omnia opera spiritualia: qualia sunt, Obsecrationes, Petitiones, Gratiarum actiones, Contemplationes. Exercitia alia spiritualia, Meditationes.

Cùm spirituales actiones, dependatque earum applicatio ex orantium intentione, hinc est quod dicamus orationes mortuos posse iuuare. Potest enim spiritus in eum finem suam orationem dirigere, vt illis animabus subueniat, quæ subdij summam habent necessitatem. Deus autem qui diues est in misericordia, quæque humilium orationes respicit, ipsas acceptat, & ijs pro quibus oratur, misericordiam suam clementer concedit. Augustinus lib. 1. de sermone pro mortuis agenda, cap. 1.

III. Eleemosyna. Nam

Sapientia, Eccli. 7. dicit, Mortuo ne prohibeas gratiam. August. lib. de cura pro mortuis, refert eleemosynam ipsi prodesse. Et lib. de octo quæstio. ad Dulcitium, quæst. 2.

- Corporalia: 1. Pacere famelicum, 2. Potare sitientem, 3. Colligere hospitem, 4. Operire nudum, 5. Visitare ægrotum, 6. Redimere, seu solari captiuum, 7. Sepelire defunctum.
Spiritualia: 1. Patienter ferre infirmum, 2. Consulere dubitantem, 3. Docere ignorantem, 4. Consolari afflictum, 5. Corripere peccantem, 6. Remittere offensam delinquenti, 7. Orare pro persequentibus & calumniantibus nos.

Omnia hæc pro mortuis suffragari possunt, quia ex charitate fiunt. Quæ charitas cùm sit spiritus corporis mystici Iesu Christi, omnia facit communi, & in membris influit. Sunt autem membra corporis Christi etiam animæ illæ, quæ in purgatorio pœnas debitas luituræ deueniunt. Hæc enim vniuersa cùm sit ipsius charitatis fœtus, & primarius effectus, eaque ratione ad ipsam pertineat: facta charitas vt sicuti ipsa, ita & eorum suffragia non modo viuus, verum etiam mortuis membris: & tanto magis, quanto intentio orantis feruentius in hunc finem dirigatur.

V. Ieiunio: ad quod reducuntur

Discipline, Vigilæ, Peregrinationes, Cilicia, Maceratio carnis, Lachrymæ, Et vniuersæ aliæ carnis afflictiones. Hæc omnia nec ex sui ratione ad charitatem pertinent, nec ad directione intentionis: quin sunt charitati quasi extrinseca. Angeli enim estis nunquam ieiunauerint, tamen charitatem habent ardentissimam. Et multi etiam Sancti antequam carnem macerare possent

Ieiunijs, Abstinencia, Vigilijs, Cilicio, Peregrinationibus, atq; alijs corporalibus exercitijs: charitate sunt cõsequuti.

Latro, Zacharæ, Publicanus, Martha, Et plerumq; alij Sancti. Possunt hæc omnia ad charitatem reduci, & intentio ieiunantis potest ieiunij molestias, & alias corporales afflictiones ex charitate tollere, & pro alijs ferre. Et quia ieiunium affligit corpus, potest tanquam pœnale opus satisfactorum, pro defunctorū pœnis, & eorum personis Deo offerri.

Ideo Gregorius 4. lib. Dialogorum, cap. 39. posuit quasi suffragium quartum post sacrificium, orationem, & ieiunium.

Quibus hæc omnia profunt? August. in Enchiridij cap. 110. Neque negandum est, inquit, defunctorum pœnas suorum viuentium releuari, cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosyna in Ecclesia fiunt. Sed eis hæc profunt, qui cùm vixerent, vt hæc sibi postea prodesse possent, meritis suis. Gregor. lib. 4. Dialogorum.

CLARO ET ILLV-

STRI VIRO D. FRANCISCO DE ERASSO,

Inuicissimo Hispaniarum Regi PHILIPPO à secretis

& consilijs, ordinis Calatrae nobili, Frater

Laurentius de Villauicentio,

S. D.



QUANTUM INUIT apud viros graues & eruditos vetusta & laudatissima consuetudo, ut qui opus aliquod, quod Ecclesiae catholicae vsui & ornamento esset futurum, in lucem vellet emittere, alicui viro claro nuncupatum ipsum dedicarent. Quam consuetudinem non à prophanis ethnicisque hominibus tantum, verum à celebratissimis sanctis viris (quod eorum praecleara monumenta nobis restantur) legimus antiquitus fuisse obseruatam. Augustinus, qui ob pietatis & eruditionis magnitudinem in vniuersa Ecclesia admirabilis semper extitit, cum excellentes illos viginti & duos libros, quibus splendorem, magnificentiam, atque incomparabilem ciuitatis Dei gloriam tractauit, composuisset, Marcellino viro tribuno, rebusque Africanis ab Honorio tunc Imperatore praesidi constituto, illos consecratos publicauit. Idem sanctissimus praesul cum quatuor alios libros contra pestiferas & purulentas Pelagianorum doctrinas, duabus epistolis ab ipsis confectis comprehensas, elaborasset, ut doctrinae catholicae suis libris complexa maiorem conciliaret auctoritatem, Bonifacio Romanorum & totius vniuersalis Ecclesiae Pontifici illas consecrauit: qui solus magna sua auctoritate diuinitus sibi tributa illos catholicos poterat pronuntiare. Intellexit hic Pater sanctissimus, ut & hoc etiam obiter attingamus, supremam illam praerogatiuam de rebus fidei cognoscendi, solis Romanorum Pontificibus, qui legitimi sunt Petri vicarij & successores, à Christo delegatam fuisse. Cui Augustinus in principio primi libri sic loquitur: Neque enim dedignaris, qui non alta sapis, quamuis altius praesideas, esse amicus humilium. Cum paulo post per Africam emergerent alij his similes, aut deteriores haeretici in animas Catholicorum seuenientes, ut officio, quoungebatur, hic praesul sanctissimus responderet, alium de correctione Donatistarum edidit librum: quem alteri Bonifacio Comiti dedicatum, omnibus legendum permisit. Conabatur hoc libro Augustinus Comitem in illam sententiam inducere, ut ferocientes haereticos Donatistas sua imperiali auctoritate à grauisimis malis, quae Catholicis inferebant, iusta ac seuera arceret punitione. Edidit idem sanctissimus Ecclesiae praesul quindecim alios libros, quibus sacratissima Trinitatis altissima sacramenta visus est humana ratione comprehendere atque enodare, quos Ecclesiae Carthaginensis antistiti, Aurelio dicto, nuncupauit. Innumeros alios accuratissime elaboratos composuit hic vir sanctissimus libros, quos omnes, aut saltem plures viris claris inscripsit. Scripsit librum, quem eruditi in epistolarum catalogum solent referre, idem Augustinus, cuius argumentum est de vtilitate credendi, alterum de fide: quorum illum ad Honoratum, hunc vero ad Petrum inscriptum euulgauit. Valentino viro ornatissimo dicauit eum, quem de Gratia & libero arbitrio euulgauit: alios duos misit ad Consentium, in quibus de mendacio & contra mendacium luculentissime

rissimè differuit. Quibus etiam Viris plerisque; alios libros admiranda eruditione & pietate à se conscriptos hic præful nuncupauerit, cognosceret facile, qui eius præclarissimas lucubrations attentè percurrerit. Cuius consuetudinis sicuti ipse Augustinus minimè primus extitit auctor, ita nec in sola Africa, nec in Italia, Gallia, aut in Hispania, sed in vniuerso scimus à Viris summis eam fuisse obseruatam. Nam qui Græca Ecclesiæ splendidissima lumina (Patres illos Ecclesiæ Orientalis intelligo, qui admirabilem eruditionis & pietatis opinionem excellentem suam virtute sunt consequuti) vel semel euoluerit, deprehendet etiam apud ipsos in more fuisse positum, scripta tum sacra tum profana Viris illustrioribus dedicata euulgare. Cyrillus Alexandrinus pontifex, ob ingentem eruditionem & sanctitatem celebris, cum librum quendam inter plerisque alios de reſta in Dominum nostrum Iesum Christum fide, scripsisset, Regis illius Orientalis imperij consecratum in lucem emisit, quo illas Heroinas eruditissimè informat, quæ fidem, quæ etiam eiusdem fidei amplexuræ essent doctrinam. Elaborauit Athanasius vetustior his Ecclesiæ doctor, librum de fidei unitate & Trinitate, alterum de incarnatione Verbi, tertium etiam de Arriana et catholica confessione, quos omnes Theophilo viro primario inscriptos, voluit in publicum prodire. Quibus etiam Viris alij Patres, & Ecclesiæ catholice lumina sua opera dedicauerint, testabuntur eorum monumenta ipsi, qui titulos & argumenta suorum librorum paulo attentiùs considerauerint. Nec à sanctissimis his Viris solum hic mos fuit obseruatus, scilicet Basilio Nazianzeno, Athanasio, Cyrillo, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Cypriano atque Fulgentio, verum ab ipsis Apostolis, qui longo intervallo hos sanctos & quoscumque alios quatumuis probatissimos, sanctitate superant, hoc factum comperimus. Petrus enim Ecclesiæ caput vnam & alteram epistolam Christianis dispersis inscripsit: Paulus autem, qui plures scripsit, singulas tamè singularibus populis aut priuatis personis nuncupatas inuenimus edidisse: Iohannes vero inter alias, vnam scripsit Caio viro seniori & graui: alteram verò cuidam famina pietate insigni, quæ Electa vocabatur: tametsi in his & in alijs suis scriptis Euangelista & alij Apostoli eas instituisſent doctrinas, quæ fructuosam operam cunctis legentibus semper adferre poterant. Pleraque alia testimonia in medium possem adferre, quæ planè conuincerent, hunc morem, quæ Viri eruditi in suis libris Viris principibus dedicatis seruant, non leuè, nec obscurum Viris excultum, sed ab hominibus maximis in vſu frequenter fuisse. Cum verò vetusta & laudatissima consuetudo sit, & ad nostra vsque tempora à magnis Viris obseruata, principibus scilicet, omnique virtute claris & ornatis Viris lucubrations consecrare, mecum animo capere volutare, cui potissimum hos meos labores, quos in castigandis & in eliminandis erroribus hæreticorum, asserendisque nostræ fidei dogmatibus adhibueram, inscriberem. Occurrit mox Alexandri illius magni responsum, qui ferme moriens, cum quaereretur cuiusnam tantum relinquere principatum, ei respondit, qui optimus esset. Ipse verò neminem habeo in vniuersa Hispania, quem tibi præponam: quippe qui ut beneficentia in me ceteros superas, ita moribus, & virtute vel maximos æquas, aut excellis. Te igitur elegi Vir illustri, cui hunc meum laborem dedicarem, utpote amanti diuinam pietatem & catholicam religionem: quæ ratio vnica est, quæ me & omnes viros doctos ad te amandum & celebrandum iuste inclinare & accendere possit. Volui etiam hunc librum tibi dedicatum in lucem emittere, ut posterius tui eius occasione, ex hac epistola duo, quæ antiquitati & nobilitati tuæ familia summum splendorem & ornamentum perpetuum sunt allatura, conſcât. Primum insignem pietatem, quæ semper Ecclesiæ & eius catholicam doctrinam fuisse prosecutus. Quæ tanta est, ut cum in illa incideris tempora, illasque peragraveris regiones, in quibus hæreses atque hæretici cumulatissime effereſcebant, quique


multas

multas prouincias, & quamplurimos præstantesque principes, suis fascinis & prestigijs miserabiliter dementatos à Christo ad satanam deficere compellebant: tu Vir catholice, quantum eorum venenatos sibilos frequenter audiueris, persenseris flatus, conſtitisti tamen immunis ab omni pestifera contagione: & semper tam execratus seſtas & sectariorum nomina, ut nemo magis. Quod sanè iccirco te fecisse arbitror, quia animum tuum ardentissimus amor religionis catholice præoccupatum tenebat, in quo à maioribus tuis felicissimè imbutus fuisti. Vide poteris expectare, te eorum pulcherrimo & dignissimo fore grege, qui sequuntur sunt agnum, quocumque ierit. Habent igitur tui posterius illustriſsimam pietatis & religionis exemplum, multis & honestissimis laboribus à te elaboratum: cuius intuitu perpetuum inflamari debeant ad amandam ac reuerendam Ecclesiam Romanam, & eius sacras doctrinas, cuius tu religiosissimus cultor fuisti. Quod secundo loco tuæ proſapia contemplan- dum hac epistola me traditurum pollicitus fui, est præclara tuæ vita antea & inculpatæ actiones. Quas semper tam laudatas, & omnibus bonis probatas habuisti, ut nemo, nisi is quæ inuidia prouocat, aut vllus exulcerat liuor, ipsas damnare possit. Nam ut Viri graues & probati affirmant, vltra quadragesimum hic iam recurrit annus, quo Imperatori Carolo quinto & Philippo Hispaniarum Regibus incredibili laborum tolerantia nunc prospera nunc aduersa, alias tenui vel feliciori inferuieris fortuna. Semper tamen officijs & ministerijs regijs obeundis vehementer intentus. Adoleuisti ea ætate, quæ Carolo quinto ad clauum imperij sedebat: in cuius familia & ministerio rotos triginta & sex tranſegisti annos. Quem ea animi promptitudine semper fuisti secutus, ut nullam ipse maximus Imperator intentauerit expeditionem, etsi maxime arduam aut difficilem, in qua tu Vir clarissime, non præsto illi fueris. Interfuisti primò grauiſſimo illi discrimini, cui vniuersa Germania exponebatur, quando Turca ille totius Christianissimi immaniſſimus hostis, viciuæ euerſionem, & eius ciuibus miserandam cladem, aut tristem interminabatur captiuitatem: quem Carolus excellenti sua virtute, vel solo sui aduentus rumore perterritum proſtigauit. Secutus es eundem Casarem, quando funestum illud & calamitosum passus est ante Argerium naufragium: Cui etiam expugnanti Duram (quod oppidum est in ducatu Iuliacensi) & Gueldriam recuperanti adfuisti. Deinde in bellis ab eodem cum Francisco Gallorum Rege ad Landresium, & Cambresium, atque ad sanctum Desiderium gestis: (quæ oppida sunt in Gallia Belgica) necnon in Germanico illo bello, quod aduersus imperij rebelles summa cum laude ipse Caesar confecit, ita illum comitatus fuisti, ut nulli labores, nec impense, aut pericula, etsi grauiſſima te remorari potuerint, quò segrius aut languidius ipsum euestigio secutus fueris. Hyemasſti ante Merem: militasſti sub Casare expellente Henricum secundum Gallie Regem Valencinis & Rentiaco. Quo tempore cum Caesar te rebus maximis administrandis natum perpenderet, cumque exploratum haberet studium, prudentiam, fidem atque deuotionem, qua in ipsum affectus, cuncta negotia, quæ tibi commendabatur, administrabas, cepit te vehementer diligere & amare: ut qui talis minister illi esset, qualis olim Ioseph Pharaoni, cuius industria & prouidentia se suasque & suorum saluas conseruauit fortunas. Huius fauoris, quo te Carolus Caesar fuit prosecutus, non obscuram edidit demonstrationem, quando imperio & suis amplissimis regnis statuit seſe abdicare. Tunc enim vbi Philippo suo charissimo filio tot ac tantorum regnorum sceptrum concessit, te honorificentissima commendatione laudatum ipsi commendaui: grauiſſimis & regijs verbis eas virtutes in te commendans, quas ipse exploratas & probatas iam pridem habuerat. Philippus autem qui patrem summa pietate semper fuit veneratus, quique eius iudicium (ut par erat) solitus fuit semper

Y y ij magni

magni facere, cœpit te ita amare, tantumq; tibi fidere, vt negotia summa & ardua, quæ suam suorumque regnorum maiestatem & amplitudinem maximè concernebant, securissimo animo tibi deliberanda & administranda lubens commiserit. Qui vbi experientia didicit, quanta prudentia, fide & præstantia imperata faceres, te quem antea amabat, cœpit in pretio habere. Adeo vt nemo sit, qui apud ipsum modò maiori valeat gratia, autoritate & fauore. Quem, vti pleriq; & probatiores affirmant, Deo bene adiuvante, & tuis virtutibus fuisisti assequutus, non ambicione vlla vel arte. Nam ab ineunte ætate ita vitæ actiones instituisisti, vt quouis amplitudinis gradu semper dignus sis habitus. Dignissima sunt profectò hæc duæ considerationes, quas tui posteri animo sculptas perpetuò contemplandas gerant. Ex quibus tuo exemplo & autoritate moti, discant religionem catholicam ardentissima charitate diligere, & Regiam maiestatem vti diuinum numè in terris à Deo collocatum suspicere ac reuereri. His enim duobus officijs & nõ aliter, ea, quæ tu ipsis laudatissimis laboribus parta relinques, conseruabunt atque tuebuntur gloriae & splendoris excimia ornamenta. Comparabuntque sibi iustissimam & perpetuam gloriam, si tales se præsent, vt te è medio sublato, chorisque angelicis assumpto, nobilissima contentione eluctentur (quod ingenuos adolescentes decet) optimi & Christianissimi sui progenitoris vestigijs insistere: quod effecerint, si magno ardore Ecclesiam Romanam, eius doctrinas, sacrosque Dei ministros in pretio & reuerentia habeant, suaque vita chariores habuerint: si item suum Regem atq; suam patriam ad mortem vsq; data occasione defenderint. Quod si ita in virtutis studio excolendo perrexerint, eandem equidem, qua te dignissimum omnes tum pijs, tum eruditi, vel etiam nobilissimi quique iudicarunt, promerebuntur & ipsi laudem & gloriam: cunctiq; mortales nõ degeneres (quod multis solet accidere) sed veros filios tuos tali progenitore dignos ipsos prædicabunt. Consequentur facile hæc omnia, si iuxta doctrinas quæ his Tabulis continentur, vitam instituerint. Quas tibi, vir illustris, dicatas in lucè emittere volui, vt pote qui hæreticos & hæreses summo odio semper execratus ac detestatus fueris: amaueris verò admiranda charitate catholicas doctrinas & viros catholicos. Vnde audeo mihi polliceri, tibi gratum & acceptum librum futurum, vt qui eas destruat doctrinas, quas oderis, statuatur verò atq; asserat, quas amas, & semper amasti, esque æternum amaturus. Si ergo grato animo ipsum susceperis, mihi congratulabor, & ad alia quæ Ecclesie catholice tam afflictæ & exultius exornabo. Vale vir clarissime: ex meo mun-
sao, & conuentu Augustiniano
Brugensi.

PRÆFATIO IN EPISTOLARVM TABVLAS.



MINEM equidem arbitror dubitare, quàm graues & odiosæ de doctrinis quæ ad populos Christianos è suggestu sunt proclamandæ, inter filios Dei & diaboli seruos hoc tam peruerso seculo agitentur passim controuersia. Eos autem filios Dei esse iudico, qui Ecclesie Romanæ, quæ vnica est & legitima Christi sponsa, ob idque columna & veritatis fundamentum, doctrinas & dogmata amplectuntur, perinde atque certissimum & infallibile Dei verbum, reliquas verò his contrarias vehemèter detestantur: seruos autè diaboli eos habeo, qui cū filij sint ancillæ, liberæ insidiantur filijs, eorū cum actiones, tum etiã doctrinas & religionis falsis cõuicijs profcidentes: cum tamen apud omnes euidentissimè constet, eas nos retinere doctrinas, quas Christus Apostolis, Apostoli autè Ecclesie, Ecclesia verò continua ad nostra vsq; tempora successione intemeratas nobis tradidit. Contendunt hi obstinata proteruita temerè & impudenter eas doctrinas populis Christianis annuntiandas vti Euangeliũ, cum reuera sint κακὰ ὑπέλιον, quas Lutherus à diabolo, Melancthon à Lutero, Brentius & Caluinus ab satana excogitatas atq; in animarū funestissimum interitum fabricatas acceperunt: gannientes atq; clamitantes: suas doctrinas esse veras, cū sint falsæ: Christi, cū sint diaboli: Apostolorum, cū sint pseudoapostolorum: salutiferas, cū sint mortifera: vetustas, cū sint nouitia, nec maiorem habeat antiquitatem quàm triginta vel quadraginta annorum. Rogati à catholicis & eruditjs viris, quæ sint illa testimonia, quæ in medium proferunt, quibus tantam audaciam, tamque inauditam nouitatem, & religionis, sacrarumq; doctrinarum seditiosam & nefariam violationem ab ipsis præsumptam defendant, & sibi permittendam existiment: respondent, verbum Dei id statuere, eiusque autoritate munitos id tentare. Rursus cū Catholici reclamemus, nostras doctrinas esse verbum Dei, nec aliunde quàm de diuinis illis fontibus, atque Apostolorum sacris peñtoribus deproptas, idq; indubitatum, & firmissima fide suscipiendum, vt quod antiquitatis omnium Ecclesiarum, omniumque consiliorum & sacrorum doctorum (quos Ecclesia catholica tum Græcos, tū etiam Latinos habuit) suffragijs sit validè confirmatum: adhuc respondent, se solos scripturarum clauas habere, easque ipsas bene & certa intelligentia percipere, reliquos verò Patres etfi maxima eruditione & sanctitate celebres & conspicuos, Augustinum scilicet, Hieronymum, Basiliū, Cyrillum ac plerosque alios quos vnuerfa decantat Ecclesia, minimè: homines dicunt fuisse, qui labi & falli fallerèq; poterant: ob idque eorum doctrinis minimè standum, suis verò maximè. Cū Catholici vrgemus, ex ipsisque rogamus, num ipsi homines sint, an angeli, labiles an cõfirmati, illustrati diuina gratia, perpetuq; Spiritus sancti assistentia & virtute ex alto roborati: vt quondam Apostoli, quãdo ex mādato Christi Ecclesiam & doctrinam catholicã, quam in præsentia Catholici possidemus, condiderūt, an subiecti tenebris & erroribus, vti reli-
Y y iij qui omnes

qui omnes mortales. Silent, vōxq; faucibus hæret: & maligno silentio sibi vendicant id, quod minimè ipsis conuenit. Innuñtq; (nam apertè dicere pudor vetat) simplici & imperitæ plebi, se Dei prophetas esse diuinitus ad reparandam Ecclesiam ferme collapsam à Deo missos, ob idq; Spiritu sancto esse afflatos. Quod ne quis me ipsis malitiosè obijcere existimet, legat Caluini institutiones in principio, eiusdem commentarios in Isaiam: legat item Brentij commentarios in caput primum Isaiæ, & comperiet, rem sic se habere, & me nihil falso, nec malo animo illis asingere. In harum falsarum doctrinarum defensionem frequentissimas & longè importunissimas habent coniciones, crebra instituunt colloquia, & innumeros passim euulgât libros, & omnia clamoribus replent. Inter alios hæreticos qui doctrinas sectarias latè diffundere, catholicas verò deprimere magno studio curarunt, Spangenbergus vnus fuit. Qui pro opera in hoc negotium tam turpe & damnabile adhibita, perpetua damnatione & confusione dignissimè plectetur. Hic eò prorupit uelania & furoris, vt non contentus uisus declamationibus, quibus omnes ac ciues regni Christi miserabiliter seductos ex regno Christi & ouili auocauit, vt suæ malitiæ perpetuum extaret monumentum, Tabulas in Epistolas & Euangelia, quæ per totius anni decursum diebus tum festis, tum etiam Dominicalibus populo Christiano catholica cantat Ecclesia, composuit, & vt ad omnium manus peruenirent, in lucem emisit. In quibus sordes suarum hæresium temerè sparfit. Reijcit doctrinas catholicas, profanat sacra dogmata ab Apostolorum inde ætate in Ecclesia culta & celebrata, doctorum Ecclesiæ doctrinam spernit, consilia irridet, & Spiritus sancti mentem Epistolis Pauli & aliorum Apostolorum comprehensam peruertit ac deprauat. Cuius temeritatis causam si quis ex ipso rogaret, responderet, quia sibi ita videretur ex Dei verbo statuendum, sicut ipse & alij sequaces Lutheri & complices volunt & statuunt. Non sicut ab hinc mille & quingentos annos voluit & statuit catholica Ecclesia. Damnant ac reprehendunt conciones & commentarios Augustini, Chrysostomi, & Cyrilli atque Origenis, & aliorum Patrum in Iohannem & Mattheum, atque in reliquos Euangelistas, Apostolos & prophetas: suos tantum probant, & dignos prædicant, quibus fideles summam adhibeant fidem. Imperitum vulgus & incautum securo animo doctrinas harum Tabularum audiebat ac legebat. Plerique etiam concionatores, quibus non tanta eruditionis, nec ingenij felicitas contigit, amantes hæ tabulas Spangenbergi propter commoditatem, quam ex earum consequerantur distributione & lectione, in errores quamplurimos labebantur. Nimirum quia aliquando bonus dormitat Homerus, & doctissimi quiq; frequenter prætereunt, quæ vel peritissimum remorarentur. Erant etiam quamplurimi, qui cum tantam librorum multitudinem ab hæreticis congestam omnium manibus teri, & cunctorum uocibus eorum doctrinam audirent publicari, ipsorum causam longè æquisimam arbitrantur, nostram verò iniquam, & iustitia destitutam. In quâ falsa confirmabantur opinione, quando hæreticorum audaces & tremendos audiebant rugitus, Catholicos verò considerabant turpi silentio taciturnos. Sunt enim nonnulli viri catholici, & maximè pij, qui eius sunt sententiæ, vt existimet nihil in hæreticos molendum, vt qui damnati sint, ob idque propria malitia destruendi. Quorum sententia mihi nunquam probabitur: vt qui videant

heretici astutia

Dominum per prophetas silentij vitium suis ministris impropertem, qui videntes lupos in ouiculas imbelles sauientes, stertunt, & non latrant. Est igitur latrandum, & tanto fortius, quanto æquior est causa, quam defendimus, ne si taceamus, imperiti iniquam nostram existiment causam, proindeque Christo relicto ad Luciferi castra confugiant. Et tandem est latrandum, quamdiu lupos gannientes, rugientesque leones audiuerimus: ne Christi pretiosissimum & charissimum gregem, quem inuadere tentant, infestent, atque diserpant. Cum huius fuerim semper sententiæ, vt Catholicis perpetuò sit clamandum, vt lupi arceantur ab Christi ouibus infestandis, videremque has Tabulas hæreticas hæreticis doctrinis refertas, concionatoribus, & Christianis vniuersis, qui ipsis utebantur, maxima adferre incommoda, quæ si repurgarentur, mirandum in modum eisdem essent profutura, animum adieci, vt eas puritati veritatique restituerem: & tandem ab erroribus vindicatas Bartholomæo Grauiô & Petro Zangrio bibliopolo & typographis Louaniensibus, viris de religione catholica, cuius sunt semperque fuerunt ardentissimi cultores, optimè meritis, ipsas, vt ad omnium manus peruenire possent, excudendas commisi. Qui vbi absolutum opus viris eruditis & pijs explorandum dedissent, intellexissentque ex his, opus Tabularum non esse prorsus contemnendum, è reque Ecclesiæ catholice futurum, si tales etiam in epistolas euulgarentur, scripserunt ad me, operæpretium me facturum, si eandem operam, quam illis Tabulis euangelicis castigandis nauaueram, vellem & reliquis in epistolas corrigendis apponere. Quibus libenter morem gessi, utpote qui de me optimè semper fuerint meriti, & piam prouinciam, meaque professione dignam mihi imposuerint. Rem sum aggressus: quam feliciter successerit, aliorum esto iudicium. Id tamen in primis summo studio sum nisus, doctrinas scilicet catholicas & dogmata sacra (quæ Ecclesia catholica Romana ab Apostolo Petro & ab alijs Apostolis tradita, in suis sacris scripturis reposita, sacris fidelium conuentibus proclamanda accepit) suis locis annotare, & de illa doctrina diligenter concionatores certiores facere, quam semper & vbiq; omnes prouinciæ, cunctique fideles ab Apostolorum inde ætate sunt professi & amplexi. Et ne de earum amplissima dignitate quis audeat dubitare, antiquitatis & communis consensus omnium prouinciarum, consiliorum atque doctorum sacrorum suffragijs illas catholicas esse conuici. Videant igitur verbi Dei sacri præcones, qui veritatis inueniendæ sunt cupidi, inuenta autem sunt amatores dispensatorisque fideles, quas doctrinas digniores existiment, quæ fidelibus annuntientur: illasne, quas diabolus ante quadraginta annos ex inferno erutas Luthero, Lutherus autem Philippo Melanchthoni ac reliquis suis sequacibus tradidit: an eas quas Christus, qui è cælis plenus gratia & veritate descendit, Apostolis, Apostoli autem suis successoribus, qui vniuersæ Ecclesiæ inde consequutæ tradiderunt: quas etiam ex continua successione nos Catholici Romanos habere probamus. Plura dicere breuitas, cui est mihi seruiendum, vetat. De argumento huius libri nihil est certi, quod hic dicamus. Siquidem vnaquæque tabula in primis illis lineis quæ diuisionem tabulæ subsequuntur, continent non tantum tabulæ argumentum, verum vniuscuiusque membri diuisionis factæ materiam: quas lineas vbi concinator consulerit, ex illis

consilium auctoris et ratio in elaborandis Enjis in tabulis

PRÆFATIO.

ex illis cognoscet facile, quam materiam tractandam vnumquodq; membrum illi offerat. In Epistolas Sanctorum hac editione nullas tabulas damus. Studia enim alia, quæ nostros labores requirebant, fuerunt in causa, quo minus eas conficere potuerimus. Quidam Iohannes Nisæus homo obscurus & nullius eruditionis ausus est tabulas quasdam in epistolas Sanctorum fingere: indignissimas certè, quæ alijs quas correximus, coniungerentur: vt quæ nullo sint ingenio nec artificio elaboratæ, nullamq; habeant eruditionem, saltem sacram, nec theologicam: profanam redolent Grammaticorum præsumptionem. Iccirco illis manum apponere nolui. Verum si has tabulas pijs & eruditjs concionatoribus gratas intellexero, in secundam editionem illas, quæ desiderantur, à nobis perfectas, euulgandas parabimus. Pro laboribus autem in his tabulis repurgandis à nobis exhaustis abundè satis ab omnibus concionatoribus mihi retributum existimabo, si ipsi seriò sese ornent ad eas doctrinas prædicandas, quas Apostoli Ecclesiæ prædicandas reliquerunt: reliquas verò, quas fatan ex inferno euomuit, execratas confutent ac refellant. Hæreticis & maledicis nihil est quod nunc dicam: non enim sum nescius, virulentas eorum linguas solitas bonorum virorum labores quantumuis honestos deformare: quorum cum summa nos tangat commiseratio, non est quod ipsis alicuius indignationis aut odij demonstrationem demus. Det vtrisque Dominus bonam mentem, qua veritatis diuinam lucem in Romana Ecclesia emicantem videant, & sequantur: Amen.


*in 2^a editio apponetur
tabule epistolarum
in festis sanctorum que
suo desiderantur*

SEQVUNTVR
TABVLÆ EPISTOLA-
RVM DOMINICALIVM.



DOMINICA I. ADVENTVS.

Epistola Rom. xiiij.



Ratres, Scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credimus.

Nox præcessit: dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honestè ambulemus: non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, non in contentione & æmulatione: sed induimini Dominum IESVM Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

*Luc. 21. f
Galat. 5. c*

1. Pet. 2. c

AA In hac

Dominica I. Aduentus. Epistola Rom. XIII.

In hac Epistola loquitur Paulus de charitate, quam docet exercendam in usu quotidiano diuimus, si Christum induere volumus, hortaturque ad tres charitatis effectus:

- I. Vt a somno expurgamur, & vigilemus,
- II. Vt honeste ambulemus tanquam in die,
- III. Vt abiciamus opera tenebrarum, & induamus arma lucis,

Qui

Nunc propior est nostra salus, quam cum credidimus: id est, Nunc nobis salus gratia & beatitudinis aeternae est multo vicinior, quam olim cum patres nostri crediderunt Christum venturum. Nunc autem datus est Christus: & mandatum remissionis peccatorum fide in Christum per Euangelium manifestatum est: & in omnes euulgatur gentes. Marci vltimo, Praedicate Euangelium &c.

Nox praecessit: id est, Tempus illud iam elapsum est, quo vniuersus orbis ambulabat in tenebris: Iudei scilicet in tenebris figurarum, qui veritatem Euangelij velamine legis Mosi cooperatam tenebat: & Gentiles, qui veritatem fidei, errorum obscuritate, & infidelitatis tenebris obscuratam habebat. Iohan. 1. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Heb. 10. Vmbra enim habens futurorum bonorum, &c.

Dies appropinquauit: id est, Tempus illud in quo Christus, qui dies est, & lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, iam venit, carnem assumpsit, mentes nostras sua illustrauit gratia & luce. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Iohan. 1.

Est autem

A somno surgere,

Abijcere opera tenebrarum,

Induere arma lucis,

Honeste ambulare,

Nihil aliud quam

Impietatem & mundanas concupiscentias abnegare. Tit. 2. Apparuit gratia Dei saluatoris, &c.

Ea opera rejicere quae lucem formidant, id est, opera quae ante Christum consistere minime poterunt, qualia sunt opera carnis. Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, quae sunt, fornicatio, &c.

Bonis operibus nos munire, quorum ea est virtus & potentia, vt arma fortissima a D. Paulo vocentur contra diabolum, mundum, & carnem. Ephe. 6. Propterea accipite armaturam Dei, &c.

Ita vitae actiones instituire, vt nihil in nobis inueniatur, quod diuinos aut humanos offendat oculos. Philip. 2. Omnia facite sine murmurationibus, & haesitationibus, &c.

Enumerat autem

Arma lucis, scilicet

Notitiam Dei,

Fidem in Deum,

Timorem Dei,

Charitatem,

Sobrietatem,

Castitatem,

Pacem,

Patientiam,

Et virtutes ceteras.

Opera tenebrarum:

Ignorantiam,

Caecitatem in rebus diuinis,

Contemptum operum Legis,

Non nosse Deum, non credere, neque timere.

Comestationes,

Ebrietates,

Lasciuias,

Impudicitias,

Contentiones,

Rixas,

Sectas.

Ad haec hortatur,

Et iubet

Ab his dehortatur,

Induere Iesum Christum, id est, Christum per fidei sacramentum apprehendere & agnoscere, ipsumque bonis operibus prosequi.

Curare corpus ad necessitatem, non ad luxum, & ad alendam concupiscentiam: hoc est, quareere victum & amictum, edere, dormire, parare opes non ad ambitionem, non ad inflammandam libidinem, aut ad alia vitia, quibus extinguitur lux charitatis quam debemus Deo & proximis: sed ad necessitatem corporis, & ad conferuandum corpus & honorem, ad quem Deus optimus maximus sua nos euexit gratia.

In **L**ectione hac Apostolica docetur, Christum non alia ratione in diu posse a fidelibus, nisi abiectis prius tenebrarum operibus, & prorsus abrenuntiatis, lucisque, id est charitatis, actionibus adhibitis. Quam doctrinam vti veram & Apostolicam, ita est amplexa catholica Romana Ecclesia, vt semper & vbiq; cunctos suae fidei professores, doctrinaeque cultores docuerit, neminem vnquam Christi iustitiam, meritum, & dignitatem, in suum consecreturum usum, beneficium, & internum animae & corporis ornamentum, qui non prius prauam & contaminatam sit detestatus vita rationem, in posterumque puram & inculpatam viuendi normam auspicandam firmiter statuerit. Quae duo animi proposita adeo fidelibus ad salutem sunt necessaria, vt si haec adsint in Sacramento, Christum induamus, teste Paulo hoc loco: si vero defuerint, nihil vnquam Sacramenta vel ab ipsis praestita Apostolis, sint profutura. Falso igitur haerenci nostri temporis docent, per solam fidem Christum induendum, & diuinam eius virtutem nobis communicandam: (nam hoc est Christum induere, diuinas eius virtutes participare.) nec esse necessariam male antea vitae detestationem, futuraeque reformationem.

Instituit pia mater Ecclesia ex Apostolorum traditione, hac prima Aduentus Dominica Apostolicam hanc Epistolam populo legendam, vt commemorato magno illo, prorsusque ineffabili aduentus filij Dei sacramento, ad eum vel eius fructum suscipiendum, fideles diligenter sese componerent. Et ne ignorantia vllam praetexere queant excusationem, docet quo pacto, vel quibus ornamentis sese debeant ornare, si velint fructum aduentus Christi participare: abijcienda esse nimirum opera tenebrarum, & induenda arma seu opera lucis, id est charitatis, moxque Christi stolam illam iustitiae induemus. Quod eo diligentius est nobis entendendum, quo praesentiora sunt nobis sacramenta illa Christi incarnati, nati, & mortui, quam fuerunt olim patribus illis veteris Testamenti, qui eminus haec omnia contemplantur.

DOMINICA SECUNDA

ADVENTVS.

Epistola Rom. xv.

FRatres, Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus.

1. Cor. 1. b

Deus aut patientiae & solatij, det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum IESVM Christum: vt vnanimis, vno ore honorificetis Deum & Patrem Domini nostri IESV Christi. Propter quod suscipite inuicem: sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum IESVM ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes aut super misericordia honorare Deum, sicut

Psal. 17. d

2. Reg. 22. d

scriptum est, Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit, Laetamini Gentes cum plebe eius. Et iterum,


Psal. 116. a

Laudate omnes Gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaias ait, Erit radix Iesse: & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in spe, & virtute Spiritus sancti.

Isa. 11. c

In hac

In hac Epistola diuus Paulus tria facit:



Sic doctrina philosophorū, seu Platonica seu Aristotelica, synceram ac solidam nullam adfert consolationē: & vt maximē polliceatur, praestare non potest.

At haeretici vnitatē cōcordiaeq; Ecclesiae dirumpunt, discessionē faciunt, peccata scilicet nostra detestati, ceterūque colligunt, cum quibus puras sine nobis Deo preces offerant: sed quas ille exofas habeat, & detestetur.

Doctrina ex lectiōne praesentis Epistolae haurienda, ad nostrūque vsum accommodanda, haec est: quod clarissima illa gesta populi Israelitici, quae sacris Biblijs describuntur, ob id scripto Spiritus sanctus mandauit, vt auditis illis periculis in quibus populus Dei fuit, perpensaque patientia & equanimitate, qua populus ille grauissima illa sustinuit discrimina, diuinis promissionibus innixus: accendatur & nos ad tolerandas maximas quasque calamitates excelsa animi fortitudine, propter Christum, sperantes ipsum nostri nostrorumque laborum habiturum rationem, iuxta amplissimam suam promissionem: Ecce vobiscum sum omnibus diebus, Matth. 28. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Sap. 3.

Praeterea docet nos Paulus, in exhibendis charitatis officijs, non esse astimandas personas, num hic sit Iudaeus, an ille Gentilis: num ille sit malus, & hic bonus: cum omnibus indigentibus debeamus succurrere, imitantes in hoc Christum, qui se fecit ministrum non tantum Iudaeorum, verum etiam Gentilium. Praestitit enim immensa, ac plusquam diuina charitatis beneficia, non tantum bonis Iudaeis, verum etiam impijs Gentilibus: idemque omnibus est natus, passus, & mortuus. Ad haec sicuti pro nobis omnibus ipse de caelo descendit, ita & nos omnes, tam Iudaei quam Gentiles, tam Hispani quam Germani, tam Itali quam Galli, vnum in Christo esse debemus, vnoque consensu vnanimēs in domo Domini ambulare, atque vno ore Patrem glorificare. Vt illi qui vnitatem hanc dirumpit, & schisma facit. Ephes. 4.

Docemur insuper, Deum auctorem esse nostrae pacis, nostri gaudij, nostrae concordiae, nostrae spei, nostrae fiduciae, nosque per liberum arbitrium illius esse coadiutores. 1. Cor. 3.

Appendix. Quauis Paulus hoc loco scripturae sacrae officia declarare videatur, non est tamen existimandum, scripturam vel ipsum Euangelium nihil amplius praestare quam patientiam, consolationem & gaudium. Idem etiam Paulus in posteriori Epistola ad Timotheum, cap. 3. ait, Omnis scriptura diuinitus inspirata, & utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

DOMINICA TERTIA
ADVENTVS.

Epistola j. Corinth. iij.

FRatres, Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.

CC *In hac*

In hac Epistola Paulus facit tria:

I. Ostendit, omnes Apostolos, Episcopos, verbi que predicatores, esse ministros & dispensatores, non dominos. Est autem duplex ministerium:

- Alterum dirigitur in Deum sine vilo medio. de quo Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c. & illi soli seruis.
- Alterum dirigitur in proximum, ex mandato Dei. Hoc ministerium administratur per res vel

Externas & corporales, Spirituales.

Et vocatur Græcè

- Λειτουργία, Hoc ministerio seruit
- ὑπηρέσεια, Episcopi & pastores, fidelibus.

Homines Deo, Habet enim Deus in terris domum, nempe Romanam Ecclesiam hoc est congregatio nem fidelium vicario christi Episcopo Romano subiectam. His præpositus

Apostolos, Episcopos, Pastores, Sacerdotes, Prædicatores, Dispensatores sacramentorum, Doctores, Diaconos, Subdiaconos,

Ve lut

Oeconomos, Ministros, Procuratores:

Animas salubri cibo sanæ & catholicæ doctrinæ pascere. Animabus sacramenta administrant. Animabus in omnibus necessariis prospiciet & prouident.

Ne autem ista procuratiouem corporalem & externam exilimaremus, Paulus eam vocabulo mysterij ab omnibus alijs terrenis negotijs distinguit. Quasi dicat,

Oeconomi hominum regunt de minorum suorum liberos & familiam: hijsq; demensum præbet, iuxta corporis externam rationem. Dispensatores Dei regunt animas, atq; his cibum spiritualem largiuntur, quam do prædicant sanam doctrinam, & sacramenta ipsis administrant.

Est autem mysterium res arcana, ab hominum oculis seclusa & nemini perspicua. Est autem duplex:

Dei, quod fide intelligimus & confitemur, in literisque sacris contentum scimus. De quo hic loquitur Paulus.

Satanæ, quod in scripturis sacris non habet fundamentum, nec à Deo processit, sed fatanas confinxit. De quo Iohan. Apocal. 2. doctrina Balaam.

Sunt dispensatores, veri & legitimi, atq; Apostolici Episcopi & pastores, ac vniuersi alij prædicatores: qui non tantum Pontifici Romanum legitimum & primum Christi vicarium & œconomum in hac sua domo Ecclesiastica agnoscunt & consistunt: verum etiam in suis doctrinis ac ministerijs ritus & veritatem huius Ecclesie Romanæ (quæ Petrus fundauit & instituit) annuntiant & exercent. Hos, quibus peccatorum maculis aspersa eorum sit vita, sequi debent fideles qui in familiam Christi cooperari cupiunt. Hi viam veritatis docent, & verum Dei cultum ipsi soli habent. Sunt dispensatores omnes qui Romanæ Ecclesie aduersantur: qui doctrinam illi contrariam populum docent, qui alios nouos ritus, & nouos Dei cultus ex inferno orbi importarunt. Hi prædicant mysterium iniquitatis, quod fatanas confinxit, ipsisque reuelauit: tales dispensatores fuerunt Lutherus ac Melancthon, & sunt modò Caluinus, Brerius, alijq; hæretici. Hos fugiant auditores, nã docent falsitatem & perditionis viam.

II. Indicat quibus in rebus consistat tale ministerium: nempe in fidelis dispensatione mysteriorum Dei, vt scilicet concionatores

Euangelium Christi, in quo diuina gratia, atq; dona Dei conclusa tenentur, populo sincere proponant, & fideliter doceant. Legem ad salutem necessariam manifestent, & vnde sit petenda virtus qua lex Dei impletur, monstrant. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi &c. Mat. 7. Petite, & accipietis.

Sacramenta sicut Romana docet Ecclesia ex Christi institutione, administrent.

Non enim impedit quod minus quis sit verus ac fidelis minister, ac legitimus Episcopus, quod sit

Princeps, & principis filius, Potens, Diues, Elector, Dominus, Nobilis:

Vocationi respondeat. Euangelium diligenter & fideliter prædicet. Legem ad salutem necessariam subditis annuntiet. Septem sacramenta iuxta ritum sanctæ & catholicæ Romanæ ecclesie, fidelibus administret. Multos ad fidem conuertat, & in ipsa confirmet. Doctrina sua, & vitæ probitate Ecclesiam ædificet.

Famosos peccatores arguat, peruicaces & incorrigibiles puniat. Refractarios, eosq; qui alij sunt scandalo, auertere feriat. Pauperibus prospiciat, afflictos consoletur, & peregrinos iuiciat. Hæreses cognoscant, ipsique refutet, & veritatem catholicam populo proponat. Hæreticos ad resipiscentiam compellat, & nolentes acriter plectat carcere & alijs poenis, si res postulet, ac tandem peccato pastorali abigat.

Si Episcopi præsterint quod suum exigit munus, quid obstat quod minus illa superior enarrata possideant, cum diuino iuri atq; præcepto non repugnent. Quod si repugnant, ostendant aduersarij cui diuino iuri, aut cui aduersentur præcepto: quod hætenus neminem ipsorum ostendisse scripta testantur.

Nihil est quod possessionem illam rerum temporalium, si licite & honestis medijs sint partæ, illis auferat. Quid impedit quod minus Ecclesia, vel ecclesiastici Episcopi, aut religiosi viri, res possideant temporales, si pia bonorum munificentia hoc ipsis præstiterit? Licet multorum malitia & inuidia hoc non ferant, ferit tamen iura tum diuina, tum humana, vt Ecclesia & ecclesiastici viri, res, domina, & alias prerogatiuas seculares possideant, & eorum sint domini legitimeque possessores.

Bona temporalia Ecclesie amplifcet, Decimas colligat, Oblata recipiat, Iura sua temporalia tuncatur, Imperium exerceat:

Damnat Ecclesia illorum sententiam, qui arbitrantur illum Episcopum vel pastorem probede suo officio perfungi, qui neglectis ministerijs spiritualibus, putat id ipsum duntaxat spectare debere, vt

Lupum grassantem, Ouis errantes, Animas verbi Dei fame percutentes: Lupis restat, Euangelium prædicet, Sacramenta administret.

III. Docet, bonos Episcopos & fideles dispensatores mysteriorum Dei non debere

Detereri à recta via Retrahi ab obsequio fidei

Per infaniam mudi, salutarem Christi doctrinam

Malè iudicantis, Damnantis, Blasphemantis, Peruersaq; mète interpretantis.

Nam fidelium ministrorum est,

Officio suo diligenter fungi. Doctrinam quam Apostoli in Ecclesia reliquerunt, fidelibus tradere. Eandem sicuti vniuersa docuit Ecclesia, interpretari. Sacramenta administrare. Non comminisci nouam doctrinam.

Abigere

Hæreticos, Schismaticos, Apostatas, Votifragos, Ascetatores, Loquentes placentia, Zolios, Iniquos, & blasphemos, Infamatores.

In quos Deo suo animaduertente tempore: quantum hæretici ministrum dicent de

Papa, Cardinalibus, Episcopis, Sacerdotibus, Catholicis, Monachis, Ac alijs Ecclesie catholicæ ministris.

Vtinam sic vita nostra, ac ministeriorum Ecclesie esset instituta, vt cum Paulo dicere possemus, & auderemus, Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, Dominus est. Mihi autem prominimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Nolite ante tempus iudicare: quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum. Et tunc laus erit vnicuique à Deo.

Quasi dicat,

Semper sunt in Ecclesia falsi doctores, qui catholicorum doctorum vitam calumnijs polluant, conuicijs falsis dilacerent, & ministerio detrahant. Sed intracto animo id ferendum est, quando constat Deum futurum iudicem. Quamuis sim ita iustificatus, vt nullius criminis mihi sim conscius, nõ propterea mea iustitia certitudinem habeo: quia Dominus qui videt cor, iudicat me. Ego homo video ea quæ foris sunt tantum, Dominus autem videt cor. 1. Reg. 16. Impossibile est in hac vita cognoscere quis coram Deo sit iustus, facilis enim zizaniorum specie decipimur. Quod non debeamus præcipitare iudicium nostrum ante diem iudicij, in quo primum innotescet qui verè sint iusti, quique iniusti.

DOCTRINA.

Expressum Dei verbum est, non licere alicui priuata auctoritate ministros Dei, nec proximos suos iudicare. Oppressum & offuscatum est verbum Dei à Luthero, Brentio, Caluino, & alijs hæreticis, qui iudicant & docent iudicandos Papam, Episcopos, Monachos, ac reliquos ecclesiasticos ordines catholicos, esse malos, flagitiosos, facinorosos, & indignos quibus ipsi comminere debeant.

Expressum item Dei verbum est, neminem esse certum de sua iustificatione, quamuis nullius criminis sibi sit conscius. Hæretici docent contra Paulum, sola fide certos reddi homines de sua iustificatione.


DOMINICA QVARTA
ADVENTVS.

Epistola ad Philip. iij.

FRatres, Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota fit omnibus hominibus. Dominus propè est. Nihil solliciti fitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo IESV.

In hac

In hac Epistola Paulus facit tria:



Docemur hac Epistola, Christianos ita debere esse stabiles in fide, fideique doctrina, vt nihil possit fors illis dare, quod ipsorum perturber animos, vel plane consternat. Nam tantum adest vt aduersæ fortunæ liceat Christianis succumbere, vt teneantur etiam, vel summis irruentibus calamitatibus, singulari animi æquitate ac moderatione que Deus immiserit tolerare. Quod vsque adeo Christiani facere tenentur, vt geminata exhortatione ad gaudium Paulus Philippenses, in ipsisque omnes Christianos, compellet. Apostoli, martyres, ac plerique alij Sancti, quos tyrannorum diuexauit ac torsit crudelitas, vel aliqua alia afflixit tristitia, gaudebant vehementer se in illam deuensse, Deo ordinante, conditionem, que maximis circumscripta esset miserijs, tentationibus atque afflictionibus. Nam sciebant id quod Dauid multo antè ipsis prædixerat: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tue lætificauerunt animam meam, Psal. 93. Et quod Paulus 1. ad Cor. 10. Fidelis est Deus, qui non patietur nos tentari supra id quod resistere possumus: sed faciet cum tentatione prouentum. Gaudeant igitur omnes Christiani dum maxime affliguntur: nam filij sunt Dei, quos laborantes uidet, afflictos intuetur, contententes obseruat, & preliantes iuuat, vincentisque coronat. Exemplo sint Iob, Thobias, Dauid, atque complures alij, qui vel in maximis calamitatibus spirituali perfundeantur gaudio. Iudith 8. & ad Heb. 11.

IN DIE NATIVITATIS
CHRISTI.

Epiſtola ad Hebræos j.

vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famā: vt seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

RR *In hac*

In hac Epistola dicitur Paulus facit tria:

I. Laudat verbi ministerium: se, aliosque Evangelij prædicatores appellando

- Ministros Dei, Coope ratores Christi.
- Idem facit, ne auditores ministerii verbi Aut ex arrogantia, quod nonnulli solent, quasi melius sciant, repudient.
- Licet enim Deus homines interna Spiritus sancti potentia, citra prædicationem externam possit docere, atque saluare: non tamen id facere contedit, sed opus suum vult implere per suos
- Coope rarios, Cõcio-natores Verbi doctores.
- Qui cum id honoris & officij habeat, ut Coope ratores Christi
- Tantum, Reputare tam debet, ut vel in simi concionatoris prædicatione Tam æquale lertem
- Negligere, Præsumat, præcipue cum horam nesciat, quæ Deus opus suum in ipso per concionatoris officium velit
- Perficere, Nam diuinus sermo à ministro pro-latus, Atque gratiã imper-tiri.
- Nõ per-durat, Sed quasi nymbus, aut repentina pluuia, citò præterit. Neque permanet:
- Quod attingit, humectat: Quod non attingit, aridum relinquit.
- Isa. 55. Verbum meum non reuertetur ad me vacuum.
- Quod autem concionatores officio Dei fungantur, ipsemet Paulus testatur, 2. Cor. 5. Pro Christo, inquit, legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.
- Si solent mortales legatis principum summum exhibere honore, videant quantam reuerentiam, pietatem, atque religionem debeant Christi legatis, qui nobis legationem nostræ salutis annuntiant.

II. Hortatur auditores, ne Gratiam Dei in vanum recipiant.

- Verbum Dei negligenter audiant, Cùm enim Deus eiuusmodi medium nobis dederit, per quod poterimus ad fidem, vel penitentiam peruenire, ne per auditum verbi: nullo pacto debemus negligere, sed omnem mouere lapidem, ut libenter
- Audiamus, Nam si
- Fame premente, Omnes sensu neruos intedimus, vt mortale corpus
- Nutriamus, Vestiamus:
- Cum ad acquiram animam quorumbun, Cur non magis
- Sunt autem huiusmodi media, Gratia Dei in vacuum non recipere. Gratia Dei vocat verbi prædicationem.
- Nã
- Audire verbum Dei, & illud cultodire, Luc. 11.
- Verbum Dei semen est, per quod fides illabitur in corda auditorum, Rom. 10. Et alia etiam virtutes ad salutem necessaria.
- Continentes autem ea media, nunquam ad veram fidem si sunt infideles, si infideles, ad veram fidei viam peruenient. Exemplo sunt
- Vocati ad nuptias, & cenam magnam & nolentes venire, Luc. 14. Matt. 22.
- Iudæi in deserto, nolentes audire vocem Domini, Num. 14.
- Lutherani, Calvinistæ, Anabaptistæ cõtemptores catholice doctrinæ, quæ sola accessã resurgit in ciuitate illa sit pra montem posita: de qua Dauid Psal. 8. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Hæc autem est Romana Ecclesia.
- Sunt etiam exemplo mali Christiani, quibus uideat cor habent obduratum, vt nec vocari se patiantur ad cõdones verbi Dei: lætantur autem cum ad alia fordida accerfuntur colloquia. Prou. 1. Iere. 6.

III. Depingit militem Christianum, & indicat Festiua indumeta & arma.

- Verum Dei cultum, veramque bona opera, Exer-ceri,
- Quibus Christianus debet Nempc
- Cum sit nunc tempus acceptabile, & dies salutis: nemini demus ullam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in firmitate, in Spiritu sancto, in charitate nõ fida, in verbo veritatis, in virtute Dei.
- Charitas quæ faciem verè Christianam, quæ vt homo bonus benefo-pera faciat, quæ honestatem internam car, & mundo testatur, & pro bent Christianis
- Fructibus, Signis, Testimonijs.
- Quæ admodum enim dulcia & bona Poma Indicant bonam esse arborem quæ illa ptulerit: sic opera Mala; Ex Charitate Manantia, indicant hominem Pium.
- Dicete Christo, Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Mat. 7.
- Est tamè hic notandum, quod opera nõ solũ testificantur fidem & charitatem internam, verum suis actionibus internam iustitiam augent, meritum vitæ æternæ nobis cõparant, & dignos maioris gratia nos faciunt. Idque nõ ob nostram vel operum dignitatem, sed propter amplissimum meritum spiritus inhabitantis, cuius virtute sunt.
- Per gloria & ignobilitate: per infamiam & bonam famam: vt seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti: quasi mortuæ: & ecce viuimus: vt castigati, & nõ mortificati: quasi tristes, semper autem &c.
- Humilitate, Extenuatione, Sui ipsius cognitione. Ne laudatorum encomijs inflati, cristas tollamus, aliosque despiciamus.
- Firma fide, Diuini verbi cõsolatione, Indubitata spe vitæ æternæ. Ne calumnijs lacerati, à proposito ministerio verbi deficiamus, aut à cõfessione nostræ catholicæ fidei.
- Sive laudibus celebrentur Christiani, siue cõuicijs proscindantur, oportebit eos ad verumque præmunitiones esse: ne per illud essentur, aut per hoc proferantur. Idcirco dicit Paulus nos debere ita esse munitiones, vt si concutiamur à dextris, id est prosperis, vel à sinistris, id est aduersis, semper masculo & infracto animo perferamus: vnaque sit confessio cordis & otis. Quod plenus declarat, quando ait,

DOMINICA SECUNDA
QUADRAGESIMAE.


Epistola j. ad Thessalonicenses iiij.

*Rom. 12. a
Ephes. 5. d*

DE cætero fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino IESU: vt quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, sicut & ambulatis, vt abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum IESUM. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore: nõ in passione desiderij, sicut & Gentes quæ ignorant Deum, & ne quis supergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. non enim vocauit nos Deus in immunditiam: sed in sanctificationem, in Christo IESU Domino nostro.

In hac

In hac Epistola Paulus facit duo:



DOMA.

Quilibet in ſua vocatione vocatus eſt ad ſanctificationē, non ad immunditiā: Hoc eſt, coniuges ad cōiugij ritē obſeruandum, cælibes ad calibatū, opifices ad ſua opificia, mercatores ad ſua mercimonia: omnes denique ſciant ſe vocatos, non vt prauis actionibus inferuiant: verum vt inculpatis vitæ officijs ſanctificationem animarū conſequantur: quæ non alia ratione aut via Chriſtiani acquirunt, niſi per Chriſtum Ieſum, nempe ipſius meritum, ſi per charitatem in illo manſerint.

DOMINICA TERTIA
QVADRAGESIMAE.

Epistola ad Ephesios. v.

FRatres, Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate.

*Iohan. 13. d
& 15. b
1. Iohan. 4. d*

Coloss. 3. a

*2. Thef. 2. a
Matt. 24. a
Marc. 13. a
Lucæ 21. b*

TT Hac

Dominica III. Quadragesima. Epistola ad Ephesos V.

Hac Epistola hortatur Paulus ad tria: scilicet ad

I. Imitatione charitatis diuinae.


II. Fugam fornicationis & auaritia.

III. Euitatione obscenorum verborum, stultiloquij & inanium sermonu.

Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

Fornicatio & omnis imunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.

Aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet, sed magis gratiaru actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut imundus, aut auarus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inani verbis.



Confutatur hac Pauli Epistola haereticorum sententia, qui docent, simplicem fornicationem non peccatum: cum Paulus vetet omnem immunditiam, & lasciuiam carnis.


DOMINICA LÆTARE.

Epistola ad Galatas iiij.

FRatres, Scriptum est quoniam Abrahã duos
filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de
libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem na-
tus est: qui autem de libera, per repromissionẽ.
quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt
duo testamenta. Vnum quidem à monte Sina,
in seruitutẽ generans: quæ est Agar (Sina enim,
mons est in Arabia: qui cõiunctus est ei, quæ nũc
est Ierusalem) & seruit cum filijs suis. Illa autem
quæ sursum est Ierusalem, libera est: quæ est ma-
ter nostra. Scriptũ est enim, Lætare sterilis, quæ
non paris: erumpe & clama, quæ non parturis:
quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ ha-
bet virum. Nos autem fratres secundum Iſaac
promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is
qui secundum carnem natus fuerat, perſequeba-
tur eum qui secundum spiritum: ita & nunc.
Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filiũ
eius. non enim hæres erit filius ancillæ cum fi-
lio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ fi-
lij, sed liberæ: qua libertate Christus nos libe-
rauit.

In hac

In hac Epistola Paulus producit historiam ex Veteri Testamento, Gen. 16. de Abraham, atque duobus eius uxoribus,



Ita hodie heretici nostri temporis persequuntur

Hi sunt filij carnis, de quibus scriptura Gen. 21. Eijce ancillam, & filium eius: nō enim erit haeres filij ancillae, cū filio liberæ.

DOMINICA IN PAS-
SIONE.

Epistola ad Hebraeos ix.

FRatres, Christus assisitēs pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est non huius creationis: neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quāto magis sanguis Christi qui per Spiritū sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendū Deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum præuarcationū quæ erant sub priori testamento, reprobationem accipiant qui vocati sunt, æternæ hæreditatis, in Christo **I E S V** Domino nostro.

Leuit. 16. e

1. Pet. 1. d

2. Ioh. 1. d

Apoc. 1. b



Leuit. 16. e

1. Pet. 3. c

Rom. 5. b

XX *Paulus*

Paulus, qui est author epistolæ ad Hebræos opponit testamentum nouum veteri, & inter se confert



Christus

- Incedebant redimere externo cultu auri atq; argenti.
- Perhibebat sacerdotium externo apparatus & cæremonijs.
- Impetrabant populo Israël purificationem externam.
- Ingredebatur, expolit' diuini spiritus ornatus internis.
- Inardebat diuina charitate, obediētia & patiētia.
- Obtulit victimā in cruce, & impetravit semel remissionem peccatorum. Iohan. 19. Consummatum est.

Aarō, cuiusq; posteritas

- Aaron, eiusq; posteritas semel tantum quotannis ingredebantur in sancta sanctorum, per hircorum & taurorum sanguinem reconcilians populum Israëliticum: eratque hac reconciliatio temporanea, nō aeterna.
- Christus semel in cruce sese obtulit, semel pro nostris ac totius mundi peccatis mortuus est: eaq; vnica oblatio in cruce, impetravit nobis aeternam iustificationē & salutem, omnibus credentibus in Christum. Et vult vt ei' sacrificij semel facti recordemur: cuius cōsecrandi sacerdotibus (quos in cœna instituit) potestatem dedit, dū dixit Luc. 23. Hoc facite in meā commemorationem.

Mosis tabernaculū fuit distinctū in

- Atrium, sub dio: veluti nostra cœmeteria.
- Sanctum: veluti templa nostra, vbi vulgus versatur. In eo fuit candelabrum, mensa, altare. In eo quotidie offerebant sacerdotes victimas.
- Sanctū sanctorum: veluti chor' nostri tēpli. In eo fuit arca testamenti: supra hanc Cherubim obubrātia propitiatorij. In hoc pōtētes summ' semel quotannis intrabat oblaturus pro se & populo.
- Corp' quo operatur externe.
- Animū, quo comprehendit rationi cōsentanea.
- Spiritum, quo cōprehendit inuisibilia: nempe verbum Dei, fidem, charitatē, spem, ac sacramenta, &c.

Tabernaculū, suę templū, materiale & spirituale.

Natura vnicus mediator pro nobis apud Deum. i. Timo. 2.

Vnicum nostrū p̄sidiū, auxiliū, consolator, iustificatōr, atq; saluator.

Ver' & summ' noster pōtētes, qui pro nobis apud Patrem intercedit, reconciliat, atque omnia bona de nobis loquitur: qui operatus est nobis veram iustitiam, gratiam, atque remissionē peccatorum per suam passionem, atque mortem, imō per sanguinem pretiosissimum: cuius vel minima guttula lingue pretiosior est, quā vnus mundus. Apocal. 1. & 1. Pet. 1.

Verus Samaritanus, qui vultu aeternū deduxit in diuersum, & eum curauit. Luc. 10.

Verus & bonus pastor, qui omnem perditam in humanis suis repperit ad eam in Ecclesiā, deduxit in vitam æternam. Luc. 15.

Tabernaculum Iudæorum erat terrene, opera & industria humana factum.

Christi verò tabernaculum

- Erat multo excellentius & sublimius, non opera hominum, sed Spiritus sancti virtute, & diuina aeterni Patris industria factum. Caroenim Spirit' sancti virtute fuerat concepta, & propagata.
- Christus assitens pontifex futurorū bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactū, neque creationis humanæ, sed diuinæ. Perfectior erat humanitas Christi, quā tabernaculum Iudæorum, vel Moysi, vel Salomonis.
- Dicit fuisse pontificem futurorū bonorum: scilicet iustitiæ, fidei, charitatis, pacis, reconciliationis, gratiæ, gloriæ, sacramētorum, verbi Dei, &c. quæ nisi Christus administrasset, nūquam essemus habituri.

Christus non est ingressus in sanguine legalium belliarū: nempe

- Hircorum,
- Vitulorum,
- Arietum,
- Agnorum.

Quorum sanguis ex virtute propria nec poterat quēquam iustificare, neque in aeternam gloriam introducere. Sed

Per sanguinem passionis suę pretiosissimum introiit in patriam cælestem. Eiusdemque sanguinis virtute inestimabili omnes fuimus redempti, non à iugo Regis alicuius humani, sed à tyrannide diaboli, mortis, peccati, & inferni. De qua Zacharias, Visitauit nos, & fecit redemptionem plebis suæ. Luc. 1.

Neque id mirū cuiquam videbitur. Nam si sanguis.

- Hircorum,
- Vitulorum,
- Arietum,
- Agnorum,

Et cinis vitulae aspersus, & taurorum, inquinatos sanctificat ad emundationē carnis: quāto magis sanguis Christi, qui per spiritū sanctū semetipsum obtulit immaculatū Deo, emūdat conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendū Deo viuenti?

Vult dicere Paulus:

Si sanguis animalium irrationalium poterat carnē mundare: multo magis sanguis Christi poterit iustificare animam: quia per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatū Deo. Animalia verò non se obtulerunt Deo per Spiritum sanctum, nec erant immaculata, ita vt Christus. Idcirco sanguis illorum mundabat carnē, non animam.

Quando dixit Deus Abrahā, Gen. 15. & 22. In femine tuo, hoc est in Christo, benedicetur, hoc est, iustificabuntur, & saluabuntur omnes gentes: non poterat alia ratione nobis firmū manere, nisi Christus morte sua illud roborasset. Nam ita est comparatum in rebus humanis, vt quando aliquis testamento condito, aliquid alicui legat, non prius testamenti legatio rata habeatur, quā testatoris mors intercedat. Ita & nobis contigit, qui quanuis vitæ aeternæ, & redemptionis promissionem in veteri testamento haberemus: non tamen hanc mereri, aut obtinere poteramus, nisi testatoris mors intercederet, qui expiaret nos à peccatis, & mediator inter Deum & nos existeret.

Testamentum vitæ aeternæ nobis à Deo promissū in veteri lege.

Ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, hoc est interueniente,

In redemptionem earum pruaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt aeternæ hereditatis, in Christo Iesu Domino nostro.

Hinc Paulus colligit quādam magnam sit discrimen inter testamentū veteris & nouum. Nam

DOMINICA PALMARVM.

Epistola ad Philippenses ij.


FRatres, Hoc sentite in vobis quod & in Christo IESV, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia Dominus IESVS Christus in gloria est Dei Patris.

Heb. 2. b.

*Rom. 14. b.
Isa. 45. d*

In hac

In hac Epistola proponit dominus Paulus tria exempla Christi: nempe exemplum



Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu (hoc est, Is affectus sit in vobis, qui fuit in Christo Iesu) qui cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.

In forma Dei esse, verē naturalem Dei esse filiū, & sese alijs exhibere quali Deū atq; dominū, ad vtilitatem proximi, & gloriam Dei.
Est autē Formam serui accipere, sese verbis & operibus, reliquis hominibus non aliter ostendere, ac si conditione seruis esset.

Nihil aliud cogitatis vobis placiturum, quam quod videtis Christo placuisse: qui pro vobis sollicitus, vestra, nō que sua sunt quaesuit.
Imis sensib⁹ reponatis Christum imitandum. Si enim ille hominum seruis factus est, quanto magis humiliari vos oportet, qui filij estis irae, mortis, & inferni.

Ad mouendos affectus efficacissimam doctrinam continent hęc verba Pauli: quibus omnē fastum & arrogantiam superborū damnat. Nam si verbū illud diuinum, Cū in forma Dei esset, id est, cū esset Deus Patri aeterno consubstantialis, factus est homo, & cū esset dominus, factus est seruis, vt hominibus indigentibus, & summa rerum spiritualium inopia laborantibus, ipsorū miseratus, succurreret. Quid nobis est faciendum? Quis superbiat in proximū, pro quo Christus sese dedit? Quis tuncat in Christianum peccantem, cū Christus pro peccatoribus sese humiliauerit? & adeo, vt cū in forma Dei esset, seipsum exinaniuit, formā serui accipiens. Discamus igitur & nos, qui non dij, sed homines: nec domini, sed serui peccati, carnis, & mortis sumus, proximis calamitate oppressis condolare: adeo vt pro ipsis succurrendis humillima quaeq; officia obire non recusamus. ¶ Sciamus doctrinam hanc Pauli vsque adeo ad salutē esse necessariam, vt quāuis pro certo statuamus nobis per Christum esse remissa peccata, ac certissima & indubitata fide nos per fidē solam in Christum fore saluandos: non gloriam, sed infernales cruciatus consequuturos, nisi propter Christum proximorum miseris afficiamur, & ipsis prout fortunauerit, opem feramus. Lucifer quia formā Dei praesumpsit habere, primus omnium formam diaboli acquisiuit. Idē Adamo contigit: continget & nobis, nisi Christū imitantes, formā seruilem pro fratribus induerimus.

Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis.

Formam serui accipiens, carnem induit, ex virgine natus, in stabulo & in praesepio vt seruis peccati comparuit. Non potuit forma illa diuina inagis exinaniri.
Infra omnes homines sese demisit, & corpus & animam pro nobis tradidit.
Patri factus est obediens vsque ad mortem crucis, vt nos liberos faceret.

Non admiretur tantam Dei benignitatem, & incredibilem bonitatem?
Non rapiatur in amorē tanti Dei, tam clementis, ac tantam beneficentiam non admiretur?
Deum non redamet? nō glorificet? non gratias agat?
Christi exemplum non imitetur? & proximo inferuiat, ac condoleat?

Lapide durior sit oportet, damnatioe quoq; dignus, quem illud diuinum exemplum nō mouerit.
Ideo Paulus tanta attentione Philipensibus hoc Christi admirandum humilitatis, benignitatis, & charitatis narrauit factum, vt ex illo pollent discere, quid ipsi debeant proximis, & praestare teneantur. Sciat igitur se non esse Christianum (hoc est, sanguine pretiosissimo Christi non esse vinctum) cuius viscera, audita tanta Dei humilitate erga homines & peccatores, nō commoueantur, & ad humilitatem & conuolentiam animus non inclinetur. Oret Dominum vt sui cordis duritiam molliat, ac in suauitatem conuertat: Amen.

Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine IESV omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia Domin⁹ IESVS Christus in gloria est Dei Patris.

Narrat Paulus premium quod Christus consecutus est ob suam humilitatem, obedientiam, mortem, passionem & crucem. Propter hac omnia que maximi fuerunt meriti apud Patrē, Pater ipse in summam humilitatem ipsum exultit, & propter amplissima eius merita nomen illud ipse composuit. Sic patres illi antiqui, tam Graeci, quam Latini locū hunc interpretantur: sequentes in hoc scripturā facram, que Christo merita & premia tribuit. Scripturae autem sunt:

Apocal. 5. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem & dignitatem.
Isa. 53. Pro eo quod laborauit, videbit, & factura bitur. Id est: Merito laboris quem pertulit Christus, hac commoda ad ipsum redibunt, nempe videbit, & saturabitur.
Dauid, Psal. 109. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. Consule Augustinum in hunc Psalmum.
Et Psal. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum.
Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo &c.
Per omnes fere versus reslantur merita Christi.

Prophanat ergo haereticus scripturas, qui dum noua audacia, ac praesumptione locum hūc interpretatur, dicit particulā (propter quod) hoc loco consequentiam, & non causā significare: vt sit sensus, Christus humiliavit se, & factus est Patri obediens vsque ad mortem: post hanc humilitationem & obedientiam Deus Pater ipsum exaltauit. Vident tamen qui veritatis sunt amatores, quā sit detorta expositio, & textui contraria: adeo vt nullo modo scriptura ipsam admittat. Hoc facit haereticus vt Christo meritum, & meritorum amplissima premia eripiat.


DOMINICA PASCHÆ.

Epistola j. Corinth. v.

FRatres, Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis synceritatis & veritatis.

LL · In hac

In hac Epistola Paulus hortatur ad duo: scilicet ad



Hæc lectio Apostolica docet Christianos variam doctrinam, quæ dogmata Ecclesiæ catholice mirifice confirmat.

- Licitum est superiori-malum peruersumque pastorem corrigere, & si obliuiscatur in malo perseueret, vinculo exco-municationis innodare. Senatus prophan^{us} potest in hæreticos animaduertere: nec redolet crudelitatem, sed zelum pietatis. Non fuit crudelis Paulus, qui Corinthium fornicarium tradidit satanæ. Quin summa crudelitas est, huiusmodi homines saeuientes in animas rudes ac simplices, tollerare.
- Fermentum vetus, quod nobis inhi-betur, est vetus malitia carnis, & antiqua nostra nequitia, qua caro a primis laborat annis. Azymus autē, quo digni reddimur ad celebrandum Pascha, est sinceritas & veritas.
- Erat piaculum Iudæis tē-pore Paschæ fermentatū manducare. Nos Pascha multo excellentius quā Iudæi habemus celebrandum: quanto ergo iusti^{us} est, vt ad eius celebrationem relicti veteris hominis indumentis, noui hominis illustrissimis ornamentis nos exornem^{us}: si dignē (quod debemus) ipsum celebrare voluerimus.
- Manifestissimum dogma religionis catholice ex Pauli lectione statuitur, nepe Christianos qui sacro fonti initiati fuerint, malis operibus renuntiare debere, ac bonis intendere. Quoniam illa est vnica ratio noui hominis per peccatum perditū, iterum recuperandi.

Docemur, neminem posse sacrosanctum hoc festum dignè celebrare, qui fermentum malitia adhuc inquinatus fuerit.

DOMINICA QVASI
MODO GENITI,

Epistola j. Iohannis v.

FRatres, Omne quod natum est ex Deo: vincit mūdum. & hæc est victoria quæ vincit mundum: fides nostra. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam IESVS est filius Dei? hic est qui vënit per aquam & sanguinem IESVS Christus. non in aqua solum: sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. & hi tres, vnū sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, & sanguis. & hi tres, vnum sunt. Si testimonium hominum accipimus: testimonium Dei maius est. quoniam hoc est testimonium Dei quod maius est, quoniam testificatus est de filio suo. Qui credit in filium Dei: habet testimoniū Dei in se.

In hac

In hac Epistola dicitur Iohannes facti tris :

I. Indicat potentiam & virtutem fidei Christianorum.

II. Reprehendit eos qui aut fidem sine operibus iactabant, aut opera sine fide commendabant.

III. Probat tribus testimoniis Christum esse Deum & hominem : id est, filium Dei & hominis.

Philosophia inflati (quales erant mundi sapientes & Pharisaei) per sola opera que rebatur iustificatione, & animarum salutem neglecta fide.

Repugnat ergo hac Epistola ijs qui

Sola fide contenti, temerè reijciunt opera, quasi ad salutem non necessaria.

Negant Christum esse filium Dei et hominis : ut Cerinthus, & alij permulti.

Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Est autem

Mundus nihil aliud quam Concupiscentia Carnis, Oculorum. Fastus, superbia, vitia humana, sapientia hominum, qui Iacobus vocat carnalem, animale, & diabolicam, hereses, & alia id genus, Iaco. 3.

Quae omnia dicuntur opera mundi.

Omnia immunda cupiditas, atque carnis proclivitas ad incontinentiam, intemperantiam, libidinem, crapulam, vindictam, & similia. Nimia facultas humanarum cupiditas, & quam illam solent fidei flagitia, mendacium, infideliam, furta, fraudes, rapina, & alia impostura. Inflatum habent in cibis, potu, delicijs, & reliquisque contentere. Omnia haec sunt opera mundi, haec dicuntur mundus.

Concupiscentia carnis, ut Concupiscentia oculorum, aut Superbia vitia.

Haec fides Christi vincit

Nerones, & eorum inauditam crudelitatem: quando Paulus ob fidei Christi confessionem capite plecti maluit, quam fidem negare. Potuit tyrannus caput auferre Paulo & Petro, ac corpus torrere Laurentio, vitamque alijs quibus plurimis martyris eripere: non tamen fidem potuit.

Iulianos, Decios, aliosque sanctissimos & crudelissimos Christi hostes: dum virgines tenerimae ob tormenta sibi illata fidem minimè abiurarunt, sed constanti animo in ea perseverarunt.

Totam philosophiam mundi: quando in primaria illa Atheniensium schola Paulus diversissime disputans, Dionysium Areopagitam, & alios ad fidem convertit. Act. 17.

Synagogas Iudaorum, Act. 2. & 4. quando Petrus vnicuique oratione vno die quinque millia convertit.

Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius Dei? hoc est, Quis est homo qui mundum sua virtute aut potentia vincere per se possit? nisi homo fidelis, qui credit Christum verum fuisse Deum & hominem: cumque in mundum venisse, ut nos de potestate inferni, & captivitate diaboli redimeret, & in libertatem Christianam assereret.

Mundum vincere nihil aliud quam Omnibus pravis affectibus resistere, Omnes malas concupiscentias superare, Omnibus delicijs quibus homines in mundo à fatana & carne tentantur, fortiter repugnare.

Et Omnes illos sanctos motus, quos Spiritus sanctus in nobis format, amplecti, cordè; & animo versare, ad eorumque normam vitam vivere instituire: hoc est vincere mundum. Quae perbia detestatur, & humilitate amat: qui impietate repleti amplectuntur: qui infidelitate deserit, & fidem profectumque cupiditate extinguit, & charitate exercet: qui de peccatis cogitatio sermo dolet ac pernitet, & haec omnia ad salutem necessaria sunt, verbo Dei edocet: hic verè cum hac fide vincit mundum.

Substantia fidei Christianae est circa personam Christi Iesu, cõfiterendo indubitata fide duas naturas in vno eodemque supposito: scilicet

Divinam, Humanam.

Et haec sunt omnes Christum inter observare debent, & pro certo possidendum, quod haec natura, per quam dicitur impetratur: eius virtute fidei

Purificat corda, Iustificat peccatores, Salvat homines.

Nam Negare Christum venisse in carnem: Dubitare de Christi passione, morte, & resurrectione: Christi verbis non fideliter adherere: Charitatis virtutem fidei attribuire:

Christum cum omnibus suis beneficijs, meritis, ac dignitate pernegare. Spiritum sanctum in scripturis coarguere, & Dei verbum contemnere. Sacramenta, è latere Christi producta, negare. Caelum claudere, & tartara aperire. Aliam comminici viam eundi in caelum, quam Christus docuit. Docuit autem charitatem. Ioh. 14. Ego sum via, veritas, & vita. nemo venit ad Patrem, nisi per me.

Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. non in aqua solum: sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in caelo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. & hi tres, vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, & sanguis. & hi tres, vnum sunt. Testes in

Caelis, Terris,

Qui de Christo testantur, quod sit filius Dei,

Sunt Pater, Filius, Spiritus sanctus, Aqua, Sanguis, Spiritus.

Ita apud Iordanem, & in monte Thabor: Hic testatur, filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: ipsum audire. Matth. 3. & 17. Qui testatur de Spiritu, Iohan. 3. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis, &c. Christo, quando in columbae specie ad Iordanem super eum apparuit, & die Pentecostes Apostolus missus est. Matth. 3. Act. 2. Ad aquas Iordanis aperte ait Iohannes Baptistus. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. Iohan. 1. Matth. 3. Sanguis vno cum aqua è latere Christi profusus in cruce, qui cuncta mundi peccata abluit. Iohan. 19. Quippe qui per fidem sacro regimine rationis lavacro baptizantur, non aliter habediunt, ac si per visibilem emundationem sanguinis Christi lavarètur, & à peccatorum foribus purgarentur. Spiritus sanctus testatur de Christo in prophetis & scripturis: item apud Iordanem, in specie columbae: & die Pentecostes, quando apparuit discipulis. Act. 2. Et spiritus quem emisit in cruce, testatur esse hominem. Matth. 27.

Humanitatis Christi tres testes humani: Aqua & sanguis qui è pectore effluerunt, & spiritus quem in cruce uti verus emisit homo. Diuinitatis Christi tres testes divini: Pater scilicet, Filius, & Spiritus sanctus: qui tres soli sunt vno testimonio: quia de vna eademque re testificantur.

Et Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. Hoc est: Spiritus sanctus in homine existens, testatur quod Christus sit veritas, id est, verè talis qualem diximus. Omnis homo qui habet in se Spiritum sanctum, inclinatur ex gratia eius ad confitendum, & assentendum huic veritati, quod Christus sit non tantum verus homo, sed simul etiam verus Deus: quod confirmat testimonium superius adductum.

Quid pluribus opus est testimonijs? Si testimonium hominum accipimus, cur non & divinis credimus testimonijs? Quare

Beatos illos dicimus, qui talibus fidem adhiberint testimonijs. Infelices atque perditos asserimus, qui tot ac tanta testimonia contempserint. Det Deus opt. max. ut in hac fide moriamur, Amen.

DOMINICA MISERI-
CORDIA DOMINI.

Epistola j. Petri ij.

Charissimi, Christus passus est pro nobis,
vobis relinquens exemplum vt sequamini
vestigia eius. qui peccatum non fecit, nec inuen-
tus est dolus in ore eius. qui cum maledicere-
tur, non maledicebat: cum pateretur, non com-
minabatur: tradebat autem iudicanti se iniusté.
qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo su-
per lignum: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. cuius liuore sanati estis. Eratis enim si-
cut oves errantes: sed conuersi estis nunc ad pa-
storem & episcopum animarum vestrarum.

bbb *In hac*

In hac Epistola dicitur Petrus facit tria:

I. Admonet nos vt Christi vestigijs inhareamus, atq; sequi debeamus.


Christus passus est pro nobis, vobis relinquit exemplū vt sequamini vestigia eius.

II. Offēdit, quibus in reb⁹ Christum imitari debeamus.

Qui peccatum non fecit, nec inuētus est dolus in ore eius, qui cū malediceretur, non maledicebat: cū pateretur non comminabatur: tradebatur iudicāti se inuēte.

III. Adducit rationem cur Christi vestigia insequi debeamus.

Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui iustitiam viuam: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oves errantes: sed conuersi estis nūc ad pastorē & episcopum animarū vestrarum.



APPENDIX

Cum igitur Christus pro nobis

Crucifixus, mortuus, & sepultus sit,
Morte sua peccata nostra deleuerit,
Resurrectione sua nobis iustitiam comparauerit,
Spiritus suum donauerit:

Acquisimus est

Christi spiritum sequamur,
Carnem nostram mortuam debere esse peccatis sciamus,
Poenitentiam de praeteritis malis agamus,
Bona opera faciamus,
Non redeamus veluti canes ad vomitum: sed in bonis progrediendo, fructus, id est, opera iustitiae faciamus.

Ecclesia catholica Romana sola habet Spiritum sanctum. Diabolus regit omnes illos, qui hanc Ecclesiam non agnoscunt matrem, sponsam Christi, columnam & firmamentum veritatis. 1. Timot. 3.

DOMINICA IUBILATE.

Epistola j. Petri ij.

Galat. 5. c
Rom. 13. d

Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam, conuersationem uestram inter Gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.

Rom. 13. a


Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete.

Rom. 12. c
Ephes. 6. a
Colos. 3. d
Tir. 2. c
2. Cor. 7. c

Regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia Dei, in Christo IESU Domino nostro.

In hac

In hac Epistola dicitur Petrus facit tria:



1. Docemur praesenti Epistola, necessarium esse ad salutem vt his carnis concupiscentijs resistamus, quae voluntatis consensum extorqueant, minime sunt peccata, nec peccati mortalis vllam habent rationem: quin materiam praestant merendi. quamuis ipsa concupiscentia, de qua hic loquimur, semper sit mala, non est tamen semper peccatum. Si verò voluntas profusus ei acquiescat, tum concupiscentia, quam hic Petrus desiderij carnis appellat, est peccatum mortale: non ratione sui, sed voluntatis, cuius consensus ei acquiescit.

2. Opera bona Christianis esse necessaria, vt quae Dei gloriam promoueant, & proximos edificent, atque Dei spiritu & gratia vitam promereantur aeternam.

3. Christianam libertatem non reddere nos immunes ab obedientia magistratuum, praetatorum, nec ab obedientia ipsarum legum, quarum condendarum auctoritatem habent à Deo tum Reges, tum praetati. Nec rollit religio Christiana subiectionem & obedientiam, quam serui Christiani debent suis dominis quantum ad seculum, & morosis.

DOMINICA CANTATE.

Epistola Iacobi j.

Charissimi, Omne datum optimum, & omne donum perfectum defursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectissimi, Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur. Propter quod abicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.


Prou. 17. d

ddd *In hac*


In hac Epistola diuus Iacobus facit tria:

I. Afferit, omne bonum corporis atque animi à Deo proficisci: etiam nouam regenerationem, hoc est baptismum, quo per diuinam veritatem filij Dei reddimur.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum deservitum est. Quasi dicat, Quicquid in nobis bonum relucet, siue




Hæ sunt donationes Dei, quæ nobis nullis pure humanis




Id Deus, qui omnis bonitatis est fons & author, pater omnis sapientiæ, dominus salutis, author fidei & charitatis, in nobis producit.

Habuerunt Gentiles quàm plurima dona pulchra, & præclara: qualia sunt ingenij acumen, mens sapientia locupletata: quorum adminiculo se honestis & pulcherrimis moribus exornabant, rempublicam in pace & tranquillitate gubernabant, liberales artes singulari quadam ingenij solertia indagatas, in ordinem redigebant, & alia complura beneficia proximis præstabant. Quæ peccata fuisse affirmare non auiam, sed laudabilia opera: iuxta Augustinum.

Descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Quasi dicat, Apud Deum



Leuitas: Nostri dies, Nostre mentes, Noster intellectus? Nostri sapientia.



Per Vitiatorum nubem. Præsumptione, ac deprauationem iudicij.

Sed apud Deum conseruat constantissimè æterna veritas. Si quid ergo lucis, aut diuini splendoris fuerit in hominibus, id totum debent acceptum ferre Deo, qui est lux vera.

Cū ait,

Voluntariè genuit nos verbo veritatis: vt simus initium aliquod creaturæ eius.


His verbis indicat diuus Iacobus, quòd Deus voluntariè, ac destinata voluntate, non calu, nos progenierit, & in filios adoptauerit, in verbo veritatis: id est, in Christo, cuius sanguine mundati sumus, atq; eius filij esse cōstituti, & iustificati: vt ceteris primitiæ quædam creaturarum eius. Hoc est: vt essent primus, & principium eorum, quos Christus redemit, & filios Dei fecit.

Hanc oblationem

1. Originem primam nostræ natiuitatis esse malam, vitiosam, peccatis obnoxiam, & maledictioni subiectam: nos autem à Deo per regenerationem in gratiam esse receptos.
2. Indicat Iacobus quo modo huiusmodi regeneratio contingat: nempe verbo veritatis: hoc est, virtute verborum Christi, quibus sanctificamur in baptismo. Conseruat hanc dignitatem filij Dei, qui audit in Ecclesia catholica verbū Dei, & custodit illud.
3. Afferit causam, cur Deus nos regenerit: vt essent separati ab alijs idololatriis populis, Iudæis & hæreticis, 1. Pet. 2.

II. Præscribit formam & modum, quo Dei verbū audire, atque alios docere debeamus.


Scitis fratres mei dilectissimi, Sit autem ois homo




Vult dicere

Illam sit præparata Christiani, vt ardenti spiritu, ac summo studio doctrinam Christi audiat: & vt hoc tantum beneficium consequi possit, sit velox, diligens, sollicitus, ac circumspexus in audienda doctrina sacra, non prophana: spirituali, non carnali: honesta, non impura & turpi: catholica, non hæretica, non impia, non Iudaica, non Gentili. Euadet hac ratione certus quæ doctrina sit vera, catholica, sana, sancta, verborumque Dei conformis: illam audiat, quam Romana (quæ est catholica) docet Ecclesia. Quando audiuerit aliquem concionatorem aliquid docentem contra doctrinam huius Ecclesiæ Romana, etsi angelus videatur concionator, fugiat tanquam pestem. Christiani autem doctores iudicia vna aut altera concione, non continuo gestiant in publicum profillire, docere, arguere, veluti Gætium doctores; sed multo contentius taceant, si paratores fuerint ad audiendum, quàm ad dicendum. Si propter impetuosas conciones, vel ob aliam causam fueritis aliquando reprehensi, debetis eam redargutione animo moderato ferre: non statim animam: sed emendari, meliorēque reddi. Nihil enim boni ira operatur, quæ procreat contentiones, dissidia, & omne malorum genus. In cuius vitio, Iustitiam Dei non operatur.

Propter quod abijcietes omnem



Pereat, deponite omnem



Ab omni

Superbia, Auaritia, Luxuria, Ira, Immodestia, Odio, Fraude, Dolo, & Impostura erga proximum. Qui enim huiusmodi sunt, & his laborant vitijs, abijciant immunditias suas, ac abundantiam malitiæ, ament mansuetudinem, suscipiant insitum sermonem, sint misericordes, & ipsi Deum videbunt.

ddd ij

DOMINICA VOCEM
IUCVNDITATIS.

Epistola Iacobi j.

Matth. 7. d
Rom. 2. b

Charissimi, Estote factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos.

Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. cōsiderauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanferit in ea, non auditor obliuiofus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Siquis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est, Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc seculo.

In hac

In hac Epistola dicitur Iacobus facit tria:

I. Admonet Christianos, ut non auditores tantum, sed factores divini verbi esse studeant.

Estote factores verbi, & non auditores tantum fallentes vosmetipsos. Vocat autem

Factores
Auditores

Verbi, qui

Factis expriment
Auribus tantum audiunt

Legem & Evangelium. Eos Iacobus

Beatos vocat,
Comparat viro consideranti faciem suam in speculo.

Claus.

Qui perspexerit in lege perfectam libertatis, & permanerit in ea, (id est, perfecit eam) non auditor obliuiofus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit.

Qui audita non perfecit, hic comparabitur viro consideranti vultum naturitatis suae in speculo.

Vult dicere:

Factor
Auditor tantum

Verbi Dei in lege contenti

Beatus est,
Vanus est.

Debent enim Christiani non fide tantum contenti esse, sed operibus etiam sedulo exequendis intendere. Vt quae ad salutem adeo sunt necessaria, ut delinente Iacobo, vana sit prorsus tota religionis catholicae professio, nisi opera sequantur.

II. Hortatur fideles, ut sibi caueat à vana garrulitate, vanisque colloquijs, cum ea cultum Dei ab homine praestitum corrumpant, & ad nihilum redigant.

Siquis putat se religiosum esse non refragans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Est autem

Lingua, optimus hominis thesaurus: sed quo pretiosior tanto peior atque nocentior, si quis abutatur, quem admodum Iacobus ait, cap. 3.

Si quis frenam in ora mittim⁹ ad consentiendam nobis, etiam omne corpus illorum circumferimus.
Ecce naues, cum magna sint, & à ventis validis minentur: circumferuntur à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit.
Ecce quantus ignis quam magnam sylvam incendit!

Sic lingua totius corporis
Inflamat.

Macular,
Nihil enim est quodque corruptum religionem, & rempublicam linguam.

Republica, & conventu hominum periculosa, quam indomita lingua garrulitas? Haec hominum famam lacerat, obreecat, mentitur, decipit, calumniatur, blasphematur, maledicit, rixatur, excitat turbas: omnium denique malorum est causa.
Ecclesia nocentius, quam venenata falsi concionatoris lingua? qui oris virulentia simplices homines seducit, inficit, & in fauces satanae praecipitat.

Exemplo sunt

Tumultus,
Seditiones,
Simultates,
Dissensiones,
Haereses,
Secta,
Factiones,
Rebelliones,

Quas olim

Arrius,
Ebion,
Manichaeus,
Pelagius,
Iulianus,
Helvidius,
Nestorius,
& alij haeretici

Excitarunt in Ecclesia.

Lutherus,
Melancthon,
Spangenberg⁹
Bucerus,
Zwinglius,
Brentius,
Calvinus, & alij complures.

Cum ait,

Garrulitas, omne colloquium
Ad rem nihil faciens,
Nullam utilitatem adferens.

De quo

Christus Math. 12. Dico vobis quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.
Paulus Iac. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad aedificationem.

III. Ostendit verum cultum Dei, veramque religionem, & eius substantiam.

Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, haec est, Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Est autem religio

Munda,
Immaculata,

Verus Dei timor, veraque charitas in proximum. Quae religio

Non loco & tempore comprehenditur,
Non diuitijs & honoribus ornatur,
Non potentia & dominio secularium rerum mancipatur.

Sed quae

In verum Dominum
In bonis operibus

Solidatur, nempe.

Deo credere, & in ipsum confidere, Deum super omnia timere, & amare.
Proximum sicut semetipsum amare, eique in omnibus necessitatibus inferre, auxiliari, & consolari, & manus porrigere.
Pauperes & egenos, orphanos, & viduas in afflictionibus consolari.
Esurientes pascere, potare sitibundos.
Nudos vestire.
Desperatos in bonam spem erigere.
Omnibus hominibus benefacere, & quod iustum est prestare.
Seipsum in rebus omnibus immaculatum servare.

Qui nunc voluerit verum Deo cultum praestare, cum oportebit verbum Dei mordicus tenere, legemque ita servare, ut ipsa sit amulsi ad quam vitam nostram instituimus. Vt scilicet Christianus

Conformis sit Christo Dei filio,
Seipsum humiliet, & abneget,
Satanae atque mundo renuntiet,
Carnem cum concupiscentijs mortificet,
Ieiunijs, elemosynis, lachrymis, orationibus, alijsque sanctis studijs carnem spiritui subiciat.

Sunt haec omnia officia Christianis omnino exequenda, ut quae Dei cultum continent. Placatur enim Deus elemosynis, ieiunijs, & orationibus. Iona 3.

DOMINICA EXAVDI.

Epistola j. Petri iij.

Charissimi, Estote prudentes: & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Siquis loquitur, quasi sermones Dei: siquis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus. ut in omnibus honorificetur Deus per IESVM Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Prou. 10. b


Rom. 12. c

Heb. 13. a

Philip. 2. b

fff *In hac*

In hac Epistola dicitur Petrus hortatur ad tria:



IN FESTO PENTECOSTES.

Epistola Actorum ij.

Act. 1. a
Matth. 3. c
Marc. 1. b
Luce 3. c
Iohan. 1. d
Act. 1. a
Act. 11. b
19. a

Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. Facta autem hac voce cōuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes, Nōne, ecce, omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt, & quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Aelamitæ, & qui habitāt Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Aegyptum & partes Libyæ quæ est circa Cyrénen, & aduenæ Romani, Iudæi quoque, & Profelyti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquētes nostris linguis magna Dei.

In hac

Dominica Pentecostes. Epistola Actorum II.

In hac Epistola dicitur Lucas descendit octo :

Quando
Vbi
Quo modo
Vnde
Qua specie
Ad quos

Tempore paschalis agni, Israeliticus populus ex Aegypto per mare rubrum in desertum concedebat, & quinquagesimo die in monte Sina legem accipiebat :
 Sic apud Christianos quinquagesimo post resurrectionem die datus est Spiritus sanctus, qui corda & conscientias credentium à peccatis liberat redemptum ad verum Dominum Iesum Christum reducit.
 Est igitur Pentecoste nihil aliud, quam promulgatio Legis & Euangelij
 Ad montem Sinai, Sion.

Die Pentecostes, qui erat quinquagesimus dies à festo Paschæ. Quæmoda enim quinquagesimus annus apud Indæos iubeus fuit, in quo omnes serui & mancipia manumitterentur, & omnes res emptæ ad legitimos hæredes contingerent :
 Ierolymis in cœnaculo, vbi vnanimiter omnes Apostoli & discipuli erant congregati, numero no. Aâ. 2.

Cum impetu venientis flatus vehementis quidem, sed tamen suavis atq; iucundi: vt ostenderet, concionem Euangelij longè
 Dulciorem
 Futuram, quàm legis, cuius annuntiatio terribilis erat. Fuit autè ventus ille
 Non naturalis,
 Non à natura excitatus, diuinitus totam sensibilem materiam & materiam perflante:
 Præcursor
 Præcursus
 Spiritus sancti esse debebat.
 Sicut enim
 Reges & principes, tubarum clangoribus aduentum suum prænuntiant:
 Rex regum voluit aduentum Spiritus sancti signis præpotentibus notificare.
 Sic Ierolymis ad montem Sion datus fuit Spiritus sanctus, factò repente cælitus sonitu tanquam impetu venientis flatus vehementis: vt ostenderetur potentia legis & Euangelij.

De cælo, non clanculum, sed propalàm, impetu venientis flatus vehementis. Quem admodum enim ad tempus nymbus sese
 Continet,
 Ac hæret
 In aëre: mox liberum cursum adeptus, potenter decidit, veluti submersurus omnia, replet
 Vnde
 Fecit
 Voluit
 Vt exundent vniuersa: sic veniens Spiritus sanctus, tantam exuberantiæ plenitudinem secum adfert, vt omnia humiliata dicationem.

Visæ sunt illis disiectæ linguæ velut ignis, sed itq; super singulos corû. Sed cur
 Lingua?
 Lingua disiecta?
 Lingua ignea?
 Quia
 Lingua membrum est accommodatum & idoneum ad obsequia Spiritus sancti. Lingua cum prædicatur verbum Dei, & Euangelium per linguam transfunditur in corda hominum.
 Disiectio linguarum ostendit Europæum in toto mundo prædicandum. Sicut enim aduersus Babel, per linguarum diuersitatem fuit dispersa: sic Spiritus sanctus architectos Ecclesiæ contrahentem fidem.
 Præcipuû opus Spiritus sancti est, cor hominû accendere & inflàmare ad verbû Dei audiendum & prædicandum.
 Exempti gratia
 Duo discipuli euntes in Emmaus, hunc Spiritus sancti ignem senserunt. Dixerunt enim inter se, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? &c.
 Petrus, qui antea ancillam Caiaphæ metuebat, ita vt Christum negaret: iam Spiritu sancto plenus, Christum coram Pontificibus, Phariseis, Scribis, & toto mundo confitetur.
 Laurentius & Tiburtius, diuino igne accensi, ardentes prunas, veluti recentes rosas, atque florentia germina habebant.
 Matthæus & Zacchæus, Spiritu sancto accensi, posthabitis omnibus huius sæculi delicijs, secuti sunt Christum.

Ad Apostolos & discipulos Christi. Acceperunt quidem Spiritum sanctum Apostoli, cum in eos inflasset Christus, dicens, Accipite Spiritum sanctum, Iohan. 20. Sed hic Spiritus sancti gratiam, dona & virtutes acceperunt. Non autem hæc dona, quod Varijs linguis loquebantur, Iudæis Iudaicè, Græcis Græcè.
 Præcones Dei facti, magnalia Dei Gentibus promulgabant.
 Qui prius erant indocti piscatores, iam potenter in Ierusalem concionantur.

Quo modo populus sese gesserit in aduentu Spiritus sancti. Stupebant enim, ac mirabantur inter se, dicentes, Quidnam hoc est? Alij irridentes dicebant, Multo pleni sunt.

1. Galilæos esse, Apostolorum similes: nempe, agere pœnitentiam, veterem hominem cum suis concupiscentijs, & induere nouum hominem.
 2. Discipulos Christi esse, eius doctrinâ & vitam sequi: quod ipse docuit, credere. Præcepit, operibus ostendere, iuxta illud: Cœpit Iesus facere & docere.
 3. Vnanimis esse in domo: hoc est, in Ecclesia catholica esse. Pacificos, Quietos, Concordes, Distractos ab omnibus curis. Quemadmodum enim in aquis hominum non potest contemplari, nisi placidæ stent: ita Spiritus sanctus non potest operari in cordibus hominum qui adhuc inconstantes fluctuant.
 4. Semper orare, nec defatigari. Deus enim vult adorari: & tales requirit, qui adorem eum spiritu & veritate. Et Luc. II. ait Christus, Dabit Pater spiritum bonum petentibus, &c.

Breuitè, oportet nos
 A malis recedere,
 Deo firmiter adherere,
 Quietam conscientiam habere,
 Dilectionem fraternam seruare,
 Assiduam orationem ad Deum facere.
 Si hæc fecerimus, certò adierit nobis Pater cœlestis, & per filium infundet nobis Spiritum sanctum, simulque omnia eius dona: vt pote fidei constantiam, in cruce patientiam, felicem exitum, & tandem vitam æternam Amen.

DOMINICA TRINI-
TATIS.

Epistola ad Romanos xj.

O Altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ
Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudi-
cia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim
cognouit sensum Domini? Aut quis cõsiliarius
eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur
ei? Quoniã ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt
omnia: ipsi gloria in secula. Amen.

Sapient. 9. e
Isa. 40. d
1. Cor. 2. d


ALTERA EPISTOLA
FESTI TRINITATIS.

ij. Corinth. xij.

Fratres, gaudete: perfecti estote: exhorta-
mini, idem sapite: pacem habete, & Deus pa-
cis & dilectionis erit vobiscũ. Salutate inuicẽ in
osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gra-
tia Domini nostri IESU Christi, & charitas Dei,
& communicatio sancti Spiritus sit cum omni-
bus vobis. Amen.


h h h *In hac*

In hac Epistola diuini Paulus indicat tria:



Altera Epistola festi Trinitatis, II. Corinth. XIII.

Hac Epistola diuini Paulus agit:



DOMINICA PRIMA POST
TRINITATIS.

Epistola j. Iohannis iij.

Iohan. 3. b

Charissimi, Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut viuamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam.

Iohan. 1. b

1. Tim. 6. b

Si diligamus inuicem: Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quonia de Spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur quonia Pater misit Filium suum Saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam **I E S V S** est filius Dei: Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus, & credimus charitati quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas, foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. qui autē timet: non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum: quoniam Deus prior dilexit nos. Siquis dixerit, Quoniam diligo Deum: & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim nō diligit fratrem suum quē videt: Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo: ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.

Iohan. 13. d

15. b

Ephē. 5. u

In hac

In hac Epistola declarat Iohannes tria scitu omnino necessaria:

I. Offendit charitatē Dei erga nos. II. Docet charitatē, quam debemus proximo. III. Concludit, probans nos debere amare Deum.

Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deū, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suū pro peccatis nostris.

Triplique ratione convincit Iohannes quāta charitate deus nos dilexerit:

- 1. Quia charitas est: ideo naturale est illi diligere, sicut igni calere. 2. Quia misit Filium suum unigenitum ut carnem assumeret, & nos redimeret per suam passionē & mortem. 3. In hoc sese prodicit charitas Dei in nos, quia cum nos illum odio prosequeremur, ipse prior dilexit nos.

Speremus nos alia bona ab ipso Deo consequuturos meritis, quādo immerentes ipse qui est amor, nos amare fuit dignatus. Vivamus per ipsum. Antea eramus mortui: ipse autem sua morte temporali aeternam mortem nostrā destruxit, & vitam resurgendo nobis donavit. Qui iam per mortem Christi eramus resuscitati, per eandem mortē facta propitiatione, qui inimici eramus, deinceps reconciliati essemus amici.

Hinc dicit elegit tibi me

Bernardus Christianis qui anxij esse solent: Nemo, inquit, diligit amari qui iam amat: Deus enim libenter nostrū subsequitur amorem, quem præcessit. Fulgentius epist. 5. de charitate ad Eugē. Dicit qui nos prior dilexit, & dedit nobis charitatem, qua diligeretur a nobis, sicut non habentibus ipse eam, gratia præveniente, largitur: sic in nobis omnes reliquas mundanae cupiditatis absumat, & nos spiritu servientes in charitate perficiat. Paulus ad Rom. 5. Si cum inimici essemus, reconciliati sumus per mortē filij eius: multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. Commendat autē charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.

Charitas est res pretiosissima,

Ratione obiecti. Semper enim charitas respicit Deū, ipsumque super omnia diligit. Et si aliquando aliquid diligit, quod non sit Deus: diligit tamen id propter Deum, Cū Deo: In Deo: Aded ut sine Deo, & præter Deū, aut contra Deum minime quicquā in mundo amaret. Etiam si

Qui vnum sit cū Deo, & vnus spiritus fiat cum eo: ita ut cū ipso sit Deus, & ipse maneat in Deo. Magnum opus est Fides, Scientia, Prudētia, Donū linguarum, Cognitio mysteriorū Dei: Fides sine operibus mortua est. Iaco. 2. Scientia inflat, charitas edificat. 1. Co. 8. Prudentia huius mundi stultitia est apud Deum. 1. Cor. 3. Si linguas hominum loquar & angelorum charitatem &c. Ne magnitudo reuelationum &c.

Parentes Filij Cognati Amici Diuitiæ Honores Angeli Sint.

Charissimi, si sic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit nobis. &c.

Cū ait,

Ex hac charitate, qua super diximus Deum nos diligere, consequenter inferitur, quod teneamur nos inuicē diligere & mutua charitate prosequi. Quod tali argumento probat Iohannes:

Ratio postulat, & natura dicitur, ut nostri amantē redamem: Deū autē qui nos prior dilexit, nemo vidit vnquam. ob idque nemo est qui ipsum agnoscat ac diligit: quia in diuina eius forma nullus vnquā mortaliū in hac vita eum vidit. (Intelligo de lege communi.) Possimus tamen Deū cognoscere per notitiam alicuius effectus, quem ipse sua diuina potentia, & admiranda virtute in nostris cordibus sit operatus. Nec est alius effectus, qui certis nobis testetur Deum habitare in nobis, quā dilectio proximi.

Nam si diligam inuicē, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est.

Quoniam Deum nemo vnquā viderit, si aliquis se cepit, nisi Deus in ipso maneat, videtur si proximum amet. Quod si sciret, confidat Deū in ipso, id est, in suo corde & spiritu manere: ut qui ille vnus sit, qui in cordibus nostris per Spiritum sanctū diffundit illam charitatem, qua proximum diligimus. Hic charitas Dei in nobis perfecta est. Quia non tantum Deus nos diligit, quoniam in suis, ac proximorum dilectus nos facit. In quo duplici amore mentis legis cōstitutus perfectio. Tit. Christo Luc. 10. & Matth. 22. Est igitur diligendus proximus,

1. Quia illa ratione possumus cognoscere, Deū nobis esse amicū, & in nobis esse, & nos in ipso manere: hoc est, in eius gratia. Et ipsum in nobis manere, tanquam in hospitio sibi grato, & domo amici, & templo sibi preparato. Ratio quare hoc quod diximus, possumus sperare esse verum, est: quia dedit nobis de suo Spiritu. Nam illa dilectio ac bonus affectus quo proximum amamus, non est de nostro spiritu, sed de Spiritu sancto: qui diffundit charitatem Dei & proximi in cordibus nostris. Hinc est, quod ex charitate, quam vnusquisque nostrū cognoscit se habere in proximo, inferret, Deum habitare in corde suo. 2. Et nos, inquit, vidimus, & testificamur quoniam Pater misit Filium suum saluatorem mundi. Quisquis confensus fuerit quoniam Iesus est filius Dei, Deus in ipso manet, & ipse in Deo.

Offendit, quomodo ex fide etiam possumus cognoscere Deū in nobis esse. Quia, inquit Iohannes, nos Apostoli vidimus, siquidē illi conuiximus, & audiuimus vocem Dei Patris in mōte Thabor: rursum, audiuimus vocem Patris de celo missam, qua clarificauit Christum, ob idque hoc testificamur mundo, rem se se habere. Quisquis igitur credēs nostræ predicationi, confensus fuerit Christum esse filium Dei, Deo confubstantialem, nō autē filium fabri, is certo speret Deū in ipso manere, in ipso corde habitare, ad ipsum tanquā ad amicum diuersitē. Nam talē fidem & confessionē non dedit natura, nec alia scientia humana: sed Deus qui habitat in nobis, & illustrat mōtes nostras. Iuxta illud Mat. 16. Beatus es Simon Bar-Iōna, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed Pater meus &c.

Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, Quoniam diligo Deū: & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quē videt: Deū quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deū, diligit & fratrem suum.

Gratitudo & æquitas diuina postulant, ut

Nos diligamus Deum. ut qui prior dilexit nos: tanto amore, non ex necessitate sua bona nobis contribuit, sed ex ergo ut amantem redamemus, & benefactorem tam gratitudo diligamus, idque ex sincera charitate. Nec alia ratione id fieri, nisi proximum (quod ipse iubet) diligamus. Nam mendax est, qui se Deū amare, & in proximum occultum gesserit odium. Proximū nō potest, ut proximum, quē videmus hominem nobis tantū, vicinū, vitæ aeternæ capax, odio prosequamur: Deum vero quem nunquā vidimus, diligamus. Nemo credat se Deū amare, nisi tantū odent.

Hoc tandem habemus in mandatis à Deo, ut qui diligit Deum, & proximum diligit.

Debent ergo concionatores populum Christianum in hoc nostro tam perturbato seculo hoc præceptū de charitate Dei & proximi studiosissime proclamare: quando charitas est, quæ viuificat fidem, ac reliquas virtutes, quibus iustificamur, ac de die in diem renouamur.

Hanc charitatem predicauit ad salutem necessariam

Christus. Luc. 10. Petrus. 2. Pet. 1. Paulus ad Ro. ca. 13. Iohannes in hac Epistola.

Hanc charitatem reijciunt heretici: ideo in Deo non manent, neque Deus in ipsis.

DOGMATA.

- 1. Charitas, non sola fides, foras mittit timorem. 2. Charitas, non sola fides, vitam animabus nostris confert. 3. Ad salutem est necessaria dilectio Dei & proximi, nec desinit Iohannes solam fidem sufficere.

DOMINICA II. POST
TRINITATIS.

Epistola j. Iohannis iij.

Nolite mirari fratres, si odit vos mundus.
Nos scimus quoniam translati sumus de
morte ad vitam, quoniam diligimus fratres .

Qui non diligit: manet in morte . omnis qui o- 1. Ioh. 2. b
dit fratrem suum: homicida est. Et scitis quoniã Leuit. 19. d
omnis homicida non habet vitam æternam in
semetipso manentem. In hoc cognouimus cha- Iohan. 15. b
ritatem Dei, quoniam ille animam suam pro no-
bis posuit: & nos debemus pro fratribus animas
ponere. Qui habuerit substantiam mundi, & vi- Iaco. 2. e
derit fratrem suum necesse habere, & cluserit vi-
scera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in
eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lin-
gua, sed opere & veritate .

kkk *In hac*

In hac Epistola diuinus Iohannes nobis proponit tria:

I. Declarat quae sit causa tribulationis & persecutionis Christianorum: & consolatur eos in cruce, & persecutione.

II. Ostendit fructum fraternitatis, & diuina odij fraterni.

III. Exemplum Christi, qui pro nobis animam suam posuit.

Notice mirari fratres, si odit vos mundus.

Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se metipso manentem.

In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam illi animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus suas ponere. Qui habuerit substantiam mundi huius, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauderet viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filii mei non diligamur verbo, neque lingua, sed opere & veritate.

Qui verus Christianus est, non debet mirari, si mundus (hoc est, mundi homines) ipsum odio persequatur: quippe quia diuersa est prorsus eorum affectio. Nam Christiani mundum contemunt cum eius pompis. Mundani mundum amant cum ipsius gloria & vanitatibus.

Hinc est quod mundus suos contemptores odio habeat, persequitur, affligat, ac varijs calamitatibus affert eos ad mortem etiam trahat. Sic Christus Apostolos Discipulos Ecclesiam Martyres Virgines Religiosos Sacramenta Pietatem

Odio persequuntur, tulerunt in medio. Hos consolatur Christus dicens, Nolite timere mundum vos odit, quia me prius odio habuit. Et Ioh. 15. Si deridendo fuissetis, mundum quod suum erat deridit. Quia ego elegi vos mundo, propter mundum. Nihilominus vos Christiani debetis

Abel, Abraham, Dauid Prophetae Apostoli Christus, Corde credere ad iustitiam, & ore libere confiteri ad salutem. Cogitet se non victurum in hoc seculo molliorem tanquam in paradiso aut in caelo, sed expositum varijs afflictionibus. Exemplo sunt

Abel, Isaac, Iacob, Dauid, Elias, Iohannes, Petrus, Paulus, Apostolus, Christus, Interemptus, Gen. 4. Exul, Gen. 12. A Saulo persequitur. I. R. c. 18. Lapidati, secuti, occisi, Heb. 11. Crucidati, Act. 12. Crucifixus.

Abel, Isaac, Iacob, Dauid, Elias, Iohannes, Petrus, Paulus, Apostolus, Christus, Cainum, Ismael, Esau, Saulem, Achab, Herodem, Simonem, Neronem, Tyrannum, Pilatum, Impios, Pios Christianos

Capitale odium est: idque Deus permittit nostrae salutis gratia. Nam ipsa re experimur, nos superbiore, pigriore ac deteriore fieri cum omnia nobis eueniant prospera. Cum vero necessitates urgent, summiq; in periculis versamur, & grauius affligimur: ad Deum confugimus ut opem ferat.

Nos scimus (id est, scire debemus) quod translati sumus per baptismum de morte peccati ad vitam gratiae. Sed vide hoc scire, aut sperare quaeumus? Ex eo quod diligimus fratres. Dilectio hoc beneficium praestat nobis, ut per ipsam sciamus non animam nostram sit mortua, an viua. Nam fraterna charitas non est opus hominis, sed donum Spiritus sancti: unde illa dilectio nobis infusa est.

Charitas fraterna Vita Viget, ibi Odiu fratrum, & malus animus

Omnes qui amant Deum & proximum, viuunt anima & corpore. Anima enim viuificat corpus, & charitas animam. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: occidit enim seipsum fratrem odio: non cultro, sed gladio, sed luore.

Charitas Deus In quorum cordibus regnat In ipsa dominatur Quos necessario comitantur

Vita, Veritas, Iustitia, Fides, Charitas, Spes, Et alia innumera bona. Infidelitas, Cupiditas, Fallitas, Error, Odium, Mors.

1. Charitas est quae nos transfert de morte peccati ad vitam gratiae. 2. Dilectio proximi est certum indicium quod sit Deus in nobis. 3. Odium fratrum occidit animam. 4. Omnes ocores fratrum suorum non habituros aeternam vitam, ut qui homicidas sint.

Praecepta Dei requirunt non tantum opus externum, sed intimos etiam cordis affectus. Lex enim spiritualis est. Dogmata hinc statuenda:

Si necessitas poposcerit, etiam pro fratribus, & pro salute animarum eorum de nostram vitam ponere debeamus, quando speramus nos non esse in peccato mortali. Sed o bone deus quid proximi causa facerem? qui non libeter propter Deum & proximum

Fructu panis imperitur? Sumus Christiani verbo & lingua, non re. Quomodo enim potest esse verus Christianus, qui

Magistrum suum Christum Doctrinam magistrum sui Exemplum Christi, & aliorum Sanctorum

Dei Patris: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Non quae necesse est, sed ut diligas eum sicut teipsum. Qui diligit proximum, semper implebit legem. Rom. 13.

Proximo Proximi Coniuciantur, Maledicuntur, Criminantur, Falsis detrahunt, Mala precantur. Sanguinem & medullam exugunt, Sudores & substantiam deuorant, Facultates Dolos, Veritatis Tyrannidem

Proximi Coniuciantur, Maledicuntur, Criminantur, Falsis detrahunt, Mala precantur. Sanguinem & medullam exugunt, Sudores & substantiam deuorant, Facultates Dolos, Veritatis Tyrannidem

Diligere, Pro eis orare. Concludit ergo Iohannes Filioli, ne diligamus verba neque lingua tantum: quae charitas est ficta, ducens ad inferos. sed diligamus opere & veritate: quae est charitas vera, perducens ad superos, in gloriam Patris, in vitam aeternam, Amen.

DOMINICA III. POST
TRINITATIS.

Epistola j. Petri v.

Math. 6. c
Luc. 12. c
Psal. 54. d
Charissimi, Humiliamini sub potenti manu
Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis:
omnem sollicitudinem vestram projicientes in
eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote
& vigilate: quia aduersarius vester diabolus tan
quam leo rugiens circuit, quærens quem deuo-
ret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem
passionem ei quæ in mundo est, vestræ fraterni-
tati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit
nos in æternam suam gloriam in Christo IESU,
modicum passus ipse perficiet, confirmabit, soli-
dabitque. Ipsi gloria, & imperium in secula secu-
lorum. Amen.

In hac

In hac Epistola diuus Petrus facit tria:

I. Hortatur ad humilitatem.

Humilia-
mini sub
potenti
manu
Dei, vt
vos exal-
ter in te-
pore visi-
tationis.

Est aut duplex
humili-
tas: sci-
licet

Externa, qua
homo
homo
Extrema, qua
homo natura
sua corrupta
agnoscit, ac de
omnibus suis
soli, & car-
nalibus

Factis
Operibus
Meritis

De-
spe-
rat, nec

Iudicia aliqua
in vita sua sola
habet:
Sed in operibus
Christi, & in
suis Christi spi-
ritu factis, spe-
rat.

Ad hac
inuitat
nos Ie-
sus
Christus
dominus
nos-
ter,

Matth. 11. Di-
scite a me
quia mitis
sum, & humi-
lis corde.

Luc. 18. Qui
se humiliat,
exaltabitur:
& qui se exal-
tat, humili-
abitur.

Matth. 5.
Beati paupe-
res spiritui,
quoniam ipso-
rum est regnum
caelorum:

Vt nos exalter
in tempore
visitationis. Hoc
est, in die cum
iudicaturus est
mundum: vel
in die quo ten-
tatio nos inua-
serit, ne per-
mitat nos succum-
bere, sed exal-
ter per victo-
riam.

Quasi dicit Petrus,

Quoniam illi
cura est de no-
bis.

Non modo pro vobis curam
gerit, vt cibum, potum, vestes, & cae-
tera quae vobis necessaria sunt
habeatis: sed etiam vt vos in
omnibus tentationibus prote-
gat, & vincendi gratiam praestet.

Sic Deo curae fuit

Abraham,
Isaac,
Iacob,
Ioseph,
Populus
Israel,
Moses,
Dauid,
Elias,
Paulus,

Liberavit eum de Hirc Chal-
daeorum. Gen. 12.
Despondit ei per seruum Re-
becca: & liberavit a mor-
te in monte. Gen. 24. 22.
Defendit eum a furore fra-
tris sui Esau. Gen. 33.
Liberavit eum a puteo: &
fecit eum praesidem Aeg-
gypti. Gen. 37. 41.
Eduxit eum a seruitute Aeg-
yptiorum, & pavit eum in
deserto 40. annis. Exo. 14
Seruauit eum in aquis. 1b. 2
Liberavit eum ab insidijs
Saulis, & seditione filij
Absolonis. 1. Reg. 17. 18
Pavit eum per coruum, &
viduam Sarephthanam.
Vocauit eum iua Damasci.

II. Inuitat ad sobrietatem, vigilatiam, fidem, & patientiam in cruce & afflictione.

Sobrii estote, &
vigilate: quia
aduersarius
uester diabolus
tanquam leo
rugiens
circuit, quare
quem deuoret.
Cui resistite
fortes in fide:
scietes eandem
passionem
quae in mundo
est, vestrae
fraternitati
fieri.

Est aut

Sobrii esse,
Nihil aliud
quam

A nimio potu cibisque
gulae appetitum tem-
perare.
In tentationibus fla-
re, ne ruam per im-
patientiam: nec simus
securi quasi sola fides
reprimat diaboli: non
enim sola fides vincit
tentationes, sed chari-
tas. Vigilemus igitur
sobrii in orationibus,
intenti bonis operibus,
vt cum lampadibus olei
in vasis sumetes ex-
plo prudentium virgi-
num, ipso procedamus
obuiam. Matth. 25.

Sobrii,

Dormit,

Corporali-
ter,

Quando Tur-
cae &
haeretici
crudeliter
in

Nostros
ciuitates
sunt,
& varijs
modis
nos vex-
ant & af-
fligunt.

Depopulantes arua,
Diripientes templa,
Succedentes ciuitates
interimentes,
& varijs cruciatibus
afficientes nostros pa-
rentes, filios, fratres,
uxores, amicos.

Templa, sacerdotes,
Sacramenta, doctri-
nam, monasteria, re-
ligionem:

Et tol-
lentes

Quemadmodum illis
permittitur a Deo, &
nos peccatorum no-
strorum culpa quoti-
die experimur.

Pellicendo

Proouocando

Protrahendo

Ad varia crimi-
na, eaque grauissi-
ma, quae sunt
causa perditio-
nis.

Timorem,

Minas,

Supplicia,

Legem,

Vt liberi
peccent.

Sic pro-
traxit

Heuam matrem nostram
ad contemptum & inobedi-
entiam Dei, Gen. 3.
Dauid Regem ad adul-
terium & homicidium.
2. Reg. 11.

III. Precatur vt Christiani in fide crescant, & corroborentur.

Deus omnis gratiae,
qui vocauit nos in
aeternam suam gloria-
m in Christo Iesu, mo-
dicum passus ipse per-
ficiet, confirmabit, so-
lidabitque. Ipsi gloria
& imperium in secula
seculorum. Amen.

Haec est
eximia
preca-
tionis
optatio
non solum

Con-
quassatis
Consci-
entis
bona,
sed etiam

Coan-
gustatis

Vtilis

Consci-
entis
bona,
sed etiam

Vult autem
dicere,
fratres affi-
cti, exu-
les, ac nau-
fragi, ne

Triste-
mini,

Deus enim qui
auctor est om-
nis gratiae, qui
stare possitis,
& resistere,
& vicere, qui vos
ad aeternam glo-
riam vocauit, non
ex vellus

Operibus,
Sed in
Christo
Iesu, id
est, per
Christum, is

Operibus,
Mentur.

Instaurabit

Solidos
faciet

Corroborabit

Vos in fi-
de, vt in
dies magis
atque
magis red-
damini

Firmiores,
Robustiores,

Auctiores,

Mundum,

Satanam,

Oes por-
tas infe-
rorum: quae
sunt in
fideles, &
haeretici.

Ad quos superandos Deus, qui est fons &
auctor omnis gratiae, dabit virtutem ac vi-
res, quibus victoriam adipisci possitis.
Hoc si fecerimus, erit gloria non nobis, sed
Deo, qui vincendi, constantiae, atque forti-
tudinis gratiam liberalissima sua miseri-
cordia praestitit. Ipsi igitur sit gloria & im-
perium in secula seculorum. Amen.

DOMINICA III. POST
TRINITATIS.

Epistola ad Romanos viij.

FRatres, Existimo quòd non sunt condignæ
passiones huius temporis, ad futurâ gloriam
quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio crea-
turæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Va-
nitati enim creatura subiecta est, non volens, sed
propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa
creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in
libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim
quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq;
adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi pri-
mitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemi-
mus, adoptionem filiorum Dei expectantes, re-
demptionem corporis nostri, in Christo **I E S U**
Domino nostro.

m m m *In hac*

In hac Epistola dicitur Paulus facit duo:

I. Hortatur nos & omnes Christianos, ut... Pasionem... Crucem... Habere patientiam: sciētes quod tribulatio patientiam operatur... Permittere Deo, ut nos veluti massam exerceat... Concedere, ut nos afficiat, dedolet, ferret, atque exponat... Cruce... Renouari, & suā salutē operari. Quare... Feramus patienter, & speremus consolationem... Solet interdum Deus malos in hac vita variis supplicijs & pœnis afficere...

I. Quod cum Christo in aeterna vita conregnabimus... II. Cōsolatur nos, & omnes Christianos, nō conturbari debere... III. Propter creaturam compassionē... Si tamen compati-mur, ut conglorificemur... Quemadmodū Christus suam omnem passionem eicit... Impij creaturas Dei malē tradāt... Faciunt Dei filij, omnia mala eis in ferunt... Obscurari & obtenebescere... Lumen & fulgorem... Lapidē verberaveris... Veniet & illucescet dies ille...

OBSERVATIO.

Quando Paulus ait, Existimo quod non sunt condigne passionēs huius temporis ad futuram gloriam, quae illis inest, minime esse pœnes gloriæ futuræ, quæ æterna est. Porro quid dignitatis habeant ex eo quod à pijs hominibus, & membris Christi propter Christum sustineantur: imò quid dignitatis habeat tolerationem, qua pius tolerat huius vitæ molestias, id nunc non agit Apostolus: id autē optime intelligit, quanti sit pendendum id quod sepe restatur scriptura, pios homines quos inhabitat Spiritus Christi, esse filios & membra corporis Christi. Hæretici nostri temporis, qui hunc locum adducunt contra meritā iustorum, non vident se eodem argumento Christi merita tollere: cum passionēs quas ipse in corpore perculit, sunt momentaneæ, & gloria reddita pro ijs æterna. Clarius intelliget, qui adverterit Paulum hic tolerantiam pœnarum cum gloria fruitionis conferre, inter quas nulla prorsus est paritas.

DOMINICA V. POST
TRINITATIS.

Epistola j. Petri iij.

Charissimi, Omnes vnanimis in oratione
estote, compatientes, fraternitatis amato-
Proverb.17 res, misericordes, modesti, humiles. non reddentes
c. & 21. d malum pro malo, nec maledictum pro ma-
Rom. 12. d ledicto: sed e contrario, benedicentes: quia in
1. Thef. 5. d hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate
Psal. 33. c possideatis. Qui enim vult vitã diligere, & dies
videre bonos: Coerceat linguam suam à malo,
Isa. 1. e & labia eius ne loquatur dolum. Declinet à ma-
lo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur
eam: Quia oculi Domini super iustos, & aures
eius in preces eorum: Vultus autem Domini fu-
per facientes mala. Et quis est, qui vobis no-
ceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & siquid
Matth. 5. a patimini propter iustitiam, beati. Timorem au-
tem eorum ne timueritis, & non conturbemini:
Dominum autem Christum sanctificate in cor-
dibus vestris.

In hac

In hac Epistola dicitur Petrus facit tria:

Primò
Secundò
Tertiò

Proximum, nempe esse
Vnanimis,
Similiter affectos,
Fraterna charitate praeditos,
Misericordes,
Affabiles.

Quod est,
Habere idè velle, & idem nolle in rebus quæ pertinent ad Dei cultum, Doctrinam fidei, Publicam utilitatè, Salutem nostram.
Alterum alterius onera portare, curam proximi gerere.
Alios fraterno amore prosequi, non vt amicos tantum, sed vt fratres.
Alijs etiam cù periculo vitæ subuenire in extrema calamitate cõstitutis, & ab omnibus angustijs & infortunijs, si possumus, eripere.
Esse faciles, mansuetos, comes, affabiles: omnia in meliorè partem interpretari, omnia boni consulere.

Ad hanc virtutè inuitat
Christus, Iohan. 17. Sicut enim, sicut & nos.
Paulus ad Galat. 6. Alter alterius onera portate.
Christus, Iohan. 13. Manuum nostrarum.
I. Iohan. 3. Siquis habuerit.
Solomon Prover. 15. Responsio mollis frangit iram.

Sunt autè eximia virtutes, & omnibus Christianis ad salutem necessariz: verum factan eas distipauit varijs
Sectis,
Quales sunt
Mahometi, Iudaorum, Gentium,
Lutheri, Caluini, Brentij, (rù) Anabaptista
Hæresibus,
Peccatis,
Nos qui haberi
Vitijs,

Ita sumus cõmaculati, vt expulsa charitate, frequentius diaboli in sinu cordis nostri admittamus. Res est sanè lamentatione dignissima, quæq; sine magna animi cõmiseratione narrari minime queat: videre nimirum Christianos tam alienos à studio charitatis, perinde ac si Christus de ea fugienda mandatum nobis dedisset. Quàm parum calamitas proximi nos afficit: quàm crudeliter eidè detrahimus: quàm procul abest, vt eius onera portem!

Qui omnes charitatem & eius fructus ita aspernantur, vt
Illi hanc parui reputent: & cupiditatè maiori in pretio habeant. Hi amant dissidia, diuersa sectantur, cades spirant, sanguinem sitiunt humanum, prædæ inhiant, & omnia crudelitatis genera chantati præferèda iudicant.
Hi hanc negent contra Paulum ad Corinthios, esse maiorem fidè & spe: inficienturque ipsam iustificandi habere virtutem.

Ita sumus cõmaculati, vt expulsa charitate, frequentius diaboli in sinu cordis nostri admittamus. Res est sanè lamentatione dignissima, quæq; sine magna animi cõmiseratione narrari minime queat: videre nimirum Christianos tam alienos à studio charitatis, perinde ac si Christus de ea fugienda mandatum nobis dedisset. Quàm parum calamitas proximi nos afficit: quàm crudeliter eidè detrahimus: quàm procul abest, vt eius onera portem!

Offèdit, quo modo nos gerere debeamus erga
Inimicos & persecutores, nempe
Non retaliantes malum pro malo,
Non dantes conuictum pro conuictio,
Benedicentes maledicentibus,
Orantes pro inimicis & persecutoribus.

Quod est,
Malefacta
Cõuicia
Malefactus
Cõuicijs
Repèdere.
Bona maleuolis precari,
Preces ad Deum pro inimicis & persecutoribus fundere.

Hac enim in vocacione sumus, non vt
Malo
Pro
Conuictio
Reddamus.
Precedentibus verba effundamus,
Vindictam expectemus,
Primum circumueniamus, aut latemus:

Sed potius
Bona rependamus,
Bona loquamur,
Benedicamus,
Bona precemur,
Que honesta & vitia sunt, proponamus,
Patienter omnia toleremus.

Coram blandiunt,
Occulte nocent:
Palam agunt amicos,
Clam obreccant:
Ore ferunt mella, corde venenum.
Ore prosperum diè precantur, animo lernam malorum.

Hi sunt fructus malæ arboris, quibus eueniet illud Psalmi 108. Dilexit maledictionem, & venit ei: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
Hac doctrina damnantur, qui animis tam parum Christianis, ne dicam impijs, vindictam per multos annos occultam gerere solent. Damnatur & illi qui verba pessima, cõtumeliosa, & probrosa ingerunt proximis. Diffamatores verò ac falsi detatores, non tatum damnantur, verum etiam æterno igni adiudicantur.

Deum nempe vt
Coerceamus linguam à malo,
Declinemus à malo, & faciamus bonum:
Quæramus pacem, & persequamur eam:
Simus bonitatis æmulatores,
Non turbemur, si aliquid aduersi acciderit:
Sanctificemur Deum in cordibus nostris. Est enim Deus *καρδιογενής* & cordis explorator.

Quod est,
Cui pax, gaudium, & tranquillitas in hoc mundo curæ sunt, is compeccat os, non solum in amicorum, sed etiam in inimicorum contubernijs. Est enim tutum, vt dicitur, silentij præmium.
Si blasphemasti, & malum malo compenfasti, caue eadem amplius committas. Patere potius, & abstinere: omnia Deo committe, cuius est vindicta.
Quæramus primum pacem internam, deinde apprehendamus & externam: vt eum illa amicitiam Dei nobis comparemus: hac verò eum amicis, ciuibus, & vicinis, imò cum omnibus hominibus concordem viuamus.
Si patimur iniurias, æquo animo feramus, nec vindicemus. Tum aduersarij nostra constantia victi, desinent nos iniurijs & molestijs onerare.
Vt maxime mundus det damnum corporis, aut rerum, tamen vitæ æternæ præmium intercipere non potest: imò beati erimus, si illorum iniurias suscipere tulerimus.
Si Deus immiserit crucem, afflictiones, & tribulationes, Deum laudemus, Deo gratias agamus, Deum glorificemus: nõ in gestibus externis tantum, sed etiam in cordibus nostris. Est autem Deus sanctificare, quando

Apostolorum, qui glorificabant Deum, & ibat gaudentes à conspectu concilij, quod digni haberi essent pro nomine Iesu conuictam pati. Act. 5.
Davidis Regis, qui ait psalmo 13. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.
Iob, qui orbatu camellis, omnibus, afinis, ac liberis, Deum glorificauit, & dixit, Si bona suscepimus de manu Domini, mali quare non sustinemus? Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domino placuit, ita factum est. Sic nomè Dñi benedictum. Iob 1. & 2.
Tobit, qui cæcus factus, immobilis in Dei timore permansit, gratias agit Deo omnibus diebus vite suæ. Tob. 5.

Hoc est Deum in corde sanctificare, & gratias agere in vtriusque fortunæ temporibus, siue dies sit mater, siue nouerca.
Porro duo sunt notanda ex hac lectione:
1. Verbum illud Petri: Sanctificate Dominum Christum in cordibus vestris. Petit sanctificationem cordis: quia sunt multi qui cum videant se in Deum aut proximum nihil prorsus posse, tacent, & impatientiam in corde celant. His iubet Petrus, vt in corde & corpore sanctificent, id est benedicant, laudentque Deum, qui aduersa immitit.
2. Consolabitur enim nos misericordia afflictionibus, scire quod non patiamur vti fures aut latrones: sed propter Christum, quæ minus odit, proinde valus & æterna vita est nobis promissa. Si nunc in hoc mundo sunt tribulationes & angustie erunt in futuro seculo pax, gaudium, & æterna requies: Amè.

1. Causa,
2. Nomè,
3. Præmium,
Tria sunt quæ Christiani animos in aduersis sustinet ne succubant:
Quando enim Christianus
Inquit atq; diligenter explorat, qua de causa mundo sit exorsus, que sit ratio quare homines ipsum derelinquant, fugiant, & varijs ac grauibus incommodis afficiant: videritque non esse furtum, homicidium, blasphemiam, aut adulterium: sed religionem Christi & eius Ecclesie:
Viderit nomen suum iniuriam & malitiam improborum hominum, deformatum, & apud viros graues inuidiam, odio, & mala fama grauatam per eius cuius vita est flagitiosa & scelerata: videritque ac senserit se immunem ab illa macula, qua malus & peruersus animus voluit eum aspergere:
Animo contempletur excellentiam & magnitudinem illius gloriae promissæ patientibus iniustè:

Tunc animo letabundo & verè Christiano no exultat catholicus ante tribunalia inimicorum, Turcæ, Gentium, Lutheranorum aliorumque hæreticorum. Lætatur vehementer, quando videt se vocari operarium, iustitiarum, Romanensium: omnia ista non minima maxime honorifica sibi esse arbitrat: nec cum illa audit, commouetur, aut indignatur, verum gratias agit Deo.

DOMINICA VI. POST
TRINITATIS.

Epiſtola ad Romanos vj.

FRatres, Quicunque baptizati ſumus in Chriſto IESV, in morte ipſius baptizati ſumus. *Galar. 3.d*
Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmũ in mortẽ: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis erimus. hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt: iuſtificatus eſt à peccato. Si autem mortui ſumus cum Chriſto: credimus quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto. ſcientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis iã non moritur, mors illi vltra nõ dominabitur. Quod enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuuit Deo. Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato: viuentes autem Deo in Chriſto IESV Domino noſtro. *Heb. 12.a*
1. Pet. 2.a
Ephe. 4.e
Colof. 3.b

ooo *In hac*

In hac Epistola est encomium baptismi, in qua dicitur Paulus ostendit tria:

- I. Cur simus baptizati.
- II. Quid uerimus in baptismo.
- III. Quid significet baptismus.

An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus.

Si enim coplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. hoc scietes quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est: iustificatus est a peccato.

Si autem mortui sumus cum Christo: credimus quia simul etiam uiuemus cum Christo, scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit Deo. Ita & vos existimate, uos mortuos quidem esse peccato: uiuentes autem Deo in Christo Iesu Domino nostro.

Relapsi fueritis in peccata, resurgite, memores foederis inter Deum & uos facti in baptismo. Atque recta uia ingressi, nolite ad prisinam iniquitatis uiam respicere: sed in bonis operibus puritate & animae innocentia conseruatis, progredimini.

Deus afflictionem immiserit, patienter sufferte.

Moriendum erit, ne terreamini. Habetis enim signum euentus istius, quod Deus probet illorum mortem, qui in confessione Christi, & in operibus bonis, ac nouitate baptismi est uiuus discernerent.

Abrenuntiamus in baptismo

Peccatis, & eorum illecebris, Mundo, eiusdemque pompis omnibus, Satanae, & omnibus eius astutibus, dolis, malis artibus, & odio in Christum, & in spiritu sanctum eius Ecclesiam.

Mortificationem carnis,

Quae nihil aliud est, quam

Peccata exhorrescere, & eorumdem horrore deterreri, ira Dei sentire, & peccatis recedere, & carnem spiritui subiectam reddere.

Charitatem sequi, & amare. Nam sicut cupiditas necat animam, & charitate expellit: ita charitas ardet, occiditque cupiditatem, & ipsa expulsa uiuificat animam.

Hac confessione non est

Baptizatus

Es, ut

Crucis

Tribulationes

Patiaris, exemplo Christi. Acceperis enim in baptismo

Signum, in mundum positum

Afflictiones

Patrem & Filium & Spiritum sanctum

Habitueros

Suscipit,

Coedus

Coedum

Coedum

Quo modo id fiat

Caro non potest capere. Nam non potest intelligere ea quae sunt spiritualia.

Animalis enim homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei: nec potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. 1. Co. 2.

Christus resurrexit immortalis, gloriosus, impassibilis, & gloria atque honore coronatus. Ita nos debemus post baptismum nostram uitam componere, ut mente sumus incorruptibiles, procurantes gloriosam animae immortalitatem: & quemadmodum Christus resurrexit, ut post resurrectionem nouam uitam inchoaret, non amplius moriturus: ita & nos resurgamus a peccatis post baptismum nouam uitae rationem sortiri, quae nunquam sit moritura, nec peccatum habitura quod occidat animam.

Mortem tuam esse mortem Christi. Et sicut Christus resurgens nouus homo, uicit mundum, satanam, mortem, peccatum, infernum, & resurrexit in aeternum uicturus: sic tu quoque hostes tuos omnes deuinces. Haec omnia pastor in baptismo Dei loco tibi pollicitus est. Ideo inquit Paulus, quod omnes in baptismo (qui per mortem Christi habet efficaciam) sumus baptizati in Christo Iesu: id est (ut Graeci patres docent) sumus cooptati & in Christi corpore eius mystico in morte. i. in configurationem mortis ipsius baptizati sumus. Est autem ratio huius assimilationis in hoc sita, quod sicuti Christus mortuus est uitae mortali: ita qui ad eius assimilationem baptizantur, debent esse mortui peccatis. Chrysost. Sicut homo mortuus non peccat: ita nec baptizatus, qui mortuus est peccato, non debet amplius peccare. Idcirco in baptismo datur baptizatis Spiritus sanctus, quo mundum ac carnem vincere possint, & opera uita digna, quaeque ex charitate uent, praestare. Nam sine Spiritu sancti gratia haec nemo praestare potest. Hic Spiritus sanctus datur per meritum mortis Christi.

Coedum

Coedum

Coedum

Coedum

Coedum

Coedum

Varia nostrae fidei dogmata hic declarantur, & stabiliuntur: 1. Haereticus est Spangenbergi sententia, quae hoc loco Pauli conatur astruere poenitentiam nihil aliud esse, quam recordationem baptismi, & alia quae ipse adfert. Non hic Paulus quicquam dicere instituit de sacramento poenitentiae: sed tantum in eandem fidem ad nouam & studium nouae uitae accendere, & ad destitutionem peccati prouocare. Quae duo tanta sollicitudine & uehementia urget Paulus, nam absque illis nemo unquam aeternam potuit adipisci beatitudinem. Et haec uita studium finis est regenerationis nostrae praecipuus. 2. At Paulus per baptismum nos esse coplantatos Christo. Quae loquendi forma alludit ad inscriptionem, seu incorporationem plantae. Augustinus in Enchiridionibus, & Ambrosius in hunc locum, interpretantur elegantissime hanc Pauli sententiam, asseruntque, nihil aliud esse, baptizari nos in morte Christi, quam baptismum nostrum nos representare mortem Christi, in quantum in eum moriamur iuxta peccati rationem, sicut ipse iuxta rationem corporis mortuus est. Rufinus: Per baptismum nos consepulsi Christo in mortem, nihil esse aliud, quam aquae nos immergi in eam finem, ut efficiatur in nobis mors peccati. Rursum: Per baptismum nos coplantatos Christo, esse aliud nihil, quam per baptismum nos esse coplantatos Christo, sicut si quis in aqua mergatur, aqua non est signum tantum iustificationis, quae uel per fidem precedentem fit facta, uel per fidei motum in baptismo excitatum impetretur, quemadmodum uolunt Lutherani: sed est etiam organum quoddam diuinitus institutum, per quod, uel ad quod adhibetur Deus operetur remissionem peccati, quam neque fidei, neque poenitentiae motus ut plurimum efficere potuisset. Dicimus, ut plurimum, quia fides quaedam tam uehementis & ardens, ut ante sacramentum adhibendum, remissionem efficiat peccatorum, ut eruditissime docet Augustinus de baptismo, contra Donat. lib. 4. cap. 22. & sequentibus. Verum haec in paucis inuenitur. Quod autem obijciunt ex Tertulliano de poenitentia, neminem debere baptizari, nisi qui ante fuerit corde lotus, nihil officit huic doctrinae, imo magis eam stabilit. Nam lotionem intelligit non eam quae per prophetas mandat a peccatis, sed poenitentiam ex fide ortam, quae haecenus lauat mentem & purgat, quod ipsa uita & sordes peccatorum displiceant, non autem quod sordes auferat. Nam hoc aperte dicit esse ministerium baptismatis. Ad eundem modum intelligendum est, quod eodem libro dicit, mortem peccatorum debere praecedere baptismum. Si quidem per mortem intelligit renuntiationem peccatorum, siue poenitentiam.

DOMINICA VII. POST
TRINITATIS.

Epistola ad Romanos vj.

FRatres, Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ . sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem. Cùm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ . Quem ergo fructû habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis ? Nam finis illorum mors est . Nunc verò liberati à peccato , serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam . Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo I E S V Domino nostro .

Hac

Hac Epistola Paulus facit tria:

I. Exhortatur Romanos & omnes Christianos ad studium virtutis.

II. Docet quales sint peccatori fructus, & fructus iustitiae.

III. Quae praemia reddat Deus peccatis, & quod sit stipendium iustitiae.

Humanum dico, propter infirmitate carnis vestrae. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiae & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiae, in sanctificationem.

Cum enim serui effecti peccati, liberi fuistis iustitiae. Quae ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitae aeternam.

Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita aeterna in Christo Iesu Domino nostro.

Quantis ratione mei ministerij, quod apud vos diuina institutione promotus vtor, & ratione necessitatis eius rei, de qua sum dicturus, plura & grauiora a vobis exigere poteram. dicere enim poteram quod scriptum est, olim dixisset Baruch 4. Sicut fuit sensus vester vt erraretis a Deo: decies tantum iterum conuertentes requiretis eum: tam cum vestra inhumanitas sit mihi perspecta, ad mitiorem, & tenuiorem iustitiam vos exhortor. Humanum dico: id est, facile est quod dico, idque non quia non opus sit vobis, vel quia rei dicende dignitas non maiorem & ampliore requirit exhortationem: sed propter infirmitatem carnis vestrae. Sicut enim &c.

Quando post vestras concupiscentias cunctes, peccatum vobis adeo dominabatur, vt eius vilissima effectis mancipia, liberi fuistis iustitiae: hoc est, manumissi & exempti fuistis a pulcherrimo statu iustitiae. Est phrasim scripturae sacrae. Qui seruus est peccati, liber est iustitiae: & qui seruus est iustitiae, liber est peccati.

Id quod rependit Deus his qui militauerunt peccato, est mors gehennae. Gratia autem Dei, vita aeterna: id est Gratuitum donum Dei, est vita aeterna. Doctissimè Augustinus, vt solet, disserit in epistola ad Sixtum 105. de huius loci explicatione. Et lib. de gratia & libero arb. ca. 6. vsque ad ca. 11. Gratis, inquit, datur vita aeterna, non quia ex meritis non datur: sed quia gratis data est gratia bonae vitae cui datur. Sicut ergo dixerat Apostolus, Stipendia peccati, mors: sic dicere poterat, Stipendia iustitiae, vita aeterna, & hoc consequentia postulabat. Sed vt indicaret fontem bonae vitae, & vnde proficiantur operum merita, quibus tanquam operum merces redditur vita aeterna, dixit, Gratia Dei, vita aeterna.

Fidei effectus attri buunt persuasionibus & apprehensionibus humanis.

Charitati maxime detrahunt, & infimo loco constituunt, ac parum professe affirmant.

Traditiones Apostolicas ita conculcant, vt sua placita eidem preferre non vereantur.

Hec ingens iniquitas est, quæ Deus puniet

Obstinatio, Sunt enim qui

Verbum Dei quod catholica docet Ecclesia, repudiant: nec vquam orant, vt Deus Euangelij ministros in melle extrudat:

Sed potius exoptant, vt exemplo vero Deo, & relegata catholica Ecclesia (quæ est Romana) sicut in infernali sua caterua regnet.

Sed hos confundet Christus: vt qui sacrum eius ædificiù demoliri conentur, & eiusdem sponsam contumelijs afficere non dubitent. Et cum acceperit tempus, iustitias iudicabit. Psal. 74.

Gratias pro conseruata Euagelica Christi, & Apostolorum doctrina in Ecclesia Romana, nunquam agunt:

III. Concludit pulchro epithonema, & ait, Fidelis Deus, per què vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. Paulo autè enim dixit,

Expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi.

Confirmabit vos, ita vt nihil vobis desit in villa gratia: id est, sic vt in nullo destitumini. Iohã. 3. Qui credit in filium Dei, habet vitam æternam.

Ad hoc potuisset Corinthij inferre, & dicere,

Quis poterit aduentu Domini lauto corde expectare?

Ad hoc respondet Paulus,

Quis nos promissioni diuinæ certiores faciet? Promisit quidè, sed fortasse nõ nobis.

Christus confirmabit vos: id est, faciet vos perseverare vsque ad finem sine crimine. Quasi dicat, Si fortiter perseveraueritis in

Fide,

Charitate,

Cognitione christi,

Deo proculdubio confirmabit vos, & ad perfectione deducet. Dabit vobis perseverantia vsq; in finem.

Sed est aduertendum, quòd dicat Paulus Corinthios confirmandos sine crimine: sed non dicat sine peccato. Nam multi sunt sine crimine, qui peccatorum nauis interdum asperguntur. Crimina sunt peccata exitialia: peccata vero interdum sunt venialia. De Christo per excellentiam dicit scriptura, quòd peccatum non fecerit, nec inuentus sit dolus in ore eius. Isa. 53. 1. Pet. 2.

Ait insuper Paulus Deum esse fidelem. Prosper lib. 1. de uocatione Gentium, cap. 3. inquit, Omnibus suis electis promisit Deus perseverantiam: & quia promisit & prædixit, ideo dicitur fidelis, quia neminem fallit, nec promissa aliam vquam negauit, si modò pacta seruentur. Sed quia nemo est in hac vita qui certò sciat se electum ac prædestinatum, ideo nemo etiam certus esse poterit de sua perseverantia.

Est tamen

Spes Christianorum, quòd sint electi ad vitam illam ad quam omnes Christiani aspiramus.

Magna consolatio Christianis, considerare, Deum pollicitu se confirmaturum eos in fide, ne deficiant. Dicit August. lib. de Bono persequ. c. 17. & 22. Tunc spes Christianorum erigitur, quado diuina protectio conseruatur.

Cautè igitur tam pastores, quam auditores à pseudoconcinatoribus. Nulla tam pura fuit Ecclesia, vt nõ fuerint in ea falsi Christiani. Quemadmodum enim zizania semper immiscetur bonis segetibus, & murium excrementa pipèri: sic semper inter bonos mali sunt. Sed qui malè egerit, ibit in ignem æternum: boni verò in vitam æternam, Amen.

DOMINICA XIX. POST
TRINITATIS.

Epistola ad Ephesios iij.

Rom. 6. a
Coloff. 3. b
Heb. 12. a

1. Pet. 2. a
4. a
Zach. 8. c


Psal. 4. b

Iaco. 4. b

FRatres, Renouamini spiritu mentis vestrae : & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo : quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare. sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur : magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

Hac

Hac Epistola docet diuus Paulus duo, scilicet



DOMINICA XX. POST
TRINITATIS.

Epistola ad Ephesios v.

Videte fratres, quomodo cautè ambuletis.
non quasi insipientes, sed vt sapientes: re-
dimentes tempus, quoniam dies mali sunt.
Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligē-
tes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vi-
no in quo est luxuria, sed impleamini Spiritu,
loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis,
& canticis spiritualibus, cantantes & psallen-
tes in cordibus vestris Domino: gratias agen-
tes semper pro omnibus, in nomine Domini
nostri IESU Christi Deo & Patri. Subiecti inui-
cem in timore Christi.

Coloss. 4. a

Rom. 12. a
i. Thes. 4. a

E e e

In hac

In hac Epistola Paulus nobis ob oculos ponit tres admonitiones, in quarum

Prima
Secunda
Tertia

Cautè ambulemus, & sapièter conuersemur in hoc periculofo tempore.
Nò indulgeamus genio, sed foribric viuamus: cum ebrietas faciat homines impios, & efferos.
Deum glorificemus per psalmos, hymnos, & cationes spirituales.

Nimiam nostri fiducia postquam
Hac admonitione vsus est Paulus propter
Horreda crimina, quae ebrietate proueniunt: nempe

Baptizati sumus,
Audiuimus Euangelium,
Videmur nobis bellè habere fidem,
Incipimus securè viuere, quasi sola fides sufficiat, & facta sit mortuus. Itaque hortatur, vt
Obscena verba, Execrationes detestabiles, Gestus impudici, Turpia facta, Calumniae, Mendacia, Derationes, Maledicentia, Imposturae, Simulacra, Rixae, Iurgia, Cades, Blasphemiae, Desidia, Diuini verbi neglectus & contemptus.
Horreda crimina, quae ebrietate proueniunt: nempe

Cicum spectemur ambulemus,
Sed vt sapientes.
Imprudentes,
Sunt autè
Intelligentes,
Non insipientes,
Est autè
Sapienter conuerfian,
Imprudentes,
Qui
Intelligentes,
Non sumus
Sed intelligentes,
Cum enim homo vino obrutus fuerit,
Oculi torum vident, Aures spurca audiunt, Os foetet verbis scurrilibus, Venè in libidine sunt accesa, Totu corpus inefficax, somno lentu, & ad res honestas inutile, Tota mès, & omnes sensus extincti, Vires naturales turbatae, Oia membra ad flagitia accesa.

Voluntatem Dei,
Verbù Dei, & iuxta praeccepta eius tota vitam instruere.
Nò cogitant, nec perpendunt, quae sit bona Dei voluntas: atq; sic improvidi suae visitationis, tempus gratiae negligunt atque perdunt. Verbum Dei semper in animo volunt, atq; libenter audiunt, meditanturque in lege Domini die ac nocte: redimètes occasione, quòd dies mali sint.Arida, Viridia, Lamas, Valles, Nemora, Paludes, Dumeta, Montes.
Nec fieri potest, vt diu possit incolu- mis ita vehi. Nà ad extremum
Naudero, qui amido clauo, relinquitur arbi- trio ventorum, donec ad
Scopulū quem- piam
Illidit.
Rupem

Christiano hominem oclantem,
Hypocrita haereticum,
Haereticò publicu veritatis hostem.
Vult dicere Paulus, Ne speretis, vos habituros meliora tempora. Satanà enim semper habituri estis hostes in hoc mundo.
Sensus secundum Patres, Hieronymum scilicet & alios, est hic: monet Ephesios Apostolus, ne patiantur tempus elabi, nihil facientes eorum quae Deus mandat, occupati in audiendis haereticis. Quod perpetuum mortu illis parere queat. Ne igitur occasione haereticorum tempus effluat, dum illis praebent aures, atq; eis concertant, ait Paulus, Omnium iactura facite, vt hac ratione tempus redimatis.
Non malè quadrat hoc consilium Pauli in homines nostri seculi, ne terant tempus in disputando cum haereticis, interim non curantes ea quae ad salutem ipsorum pertinent.

Ad Dei tribunal manifestari. 2. Cor. 5.
De vnoquoq; verbo otioso, Deo rationem reddere. Matth. 12.
Nam haec omnia Deus non relinquet impunita.
De creaturarum abusus & perditione pretiosi temporis, reddere rationem.

Laus & gloria,
Gratiarum actio,
Glorificatio Dei in psalmis, hymnis & cationibus spiritualibus.
Gratiarum actio, Neq; enim poterimus Domino Deo
Facerè, quam
Pro cunctis beneficij in nos collatis gratias agere.
Moses & filij Israel, post maris rubri transitum, Exod. 15. David, qui ante arcam Domini lusit, 2. Reg. 6. Ionas, quando post liberatione à ventre piscis, gratias egit, Ion. 2. Zacharias pater Iohannis Baptista: qui sumpto nuntio, cecinit canticum, Benedictus Dominus Deus Israel, &c. Luc. 1. Maria, accepto nuntio de conceptione verbi, cecinit, Magnificet, &c. Luc. 1. Simeon, qui cecinit canticum, Nunc dimittis, &c. Luc. 2. Augustinus & Ambrosius: Te Deum laudamus, &c.

Conuicere,
Comunicare,
Psaltere, & hymnos Christo dicere,
Deo Patri gratias agere.
Cuius rei etiam meminit Plinius. Nec vlla re satana magis offendere, & Deo magis gratificari poterimus, quam pijs cantibus psalmorum, & hymnorum, aliarumque lectionu spiritualiu. In nascentis Ecclesiae primordijs canebat Christiani, & Deo offerebant psalmos & hymnos nocte intempesta, & ante lucem duplici de causa:
Priori,
Quia
Posteriori,
Tyranni qui tunc temporis sauebant in Christianos, nò permittebant illis tempus, nec publice sacra agere, nec celebrare. Ob idque Christiani quod publice nò licebat interdiu, noctu agebant.
David vir Euangelicus media, inquit, nocte surgebam ad confitendum tibi. Psal. 118. Exemplo huius sanctissimi prophetae id faciebant.

Eee ij

DOMINICA XXI. POST
TRINITATIS.


Epistola ad Ephesios vj.

FRatres, Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia, in caelestibus. Propterea accipite armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitia, & calceati pedes in praeparationem Euangelij pacis: in omnibus fumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. & galeam salutis assumite: & gladium spiritus, quod est verbum Dei.



1. Thess. 5. b
Isa. 59. c

In hac

In hac Epistola dicitur Paulus facit tria:



Quando tanta est, inquit Apostolus, inimicorum potentia, induite vos Christiani, armaturam Dei. Graeca vox *panoplia* exactius exprimit mentem Pauli, ait enim, Induite vos vniuersitatem armorum Dei. Sed quare debebant Christiani illius temporis vniuersitate armorum induere? ut inquit, possitis stare aduersus insidias diaboli, quas vobis molitur personam, Maendrum, Basilidem, Gnosticos, aliosque haereticos. Vocat autem Paulus insidias diaboli, haereticorum illorum multumoda ingenia, dolos, fraudes, versutias: quibus medijs fatanae sollicitudine procurabat peruertere Ephesios. Communis maxime hominibus nostri seculi haec exhortatio, quae tot sunt serui diaboli, tot praua ingenia, tot fraudes, quibus ipse conatur veros Christianos seducere atque peruertere.



DOMINICA XXII. POST
TRINITATIS.

Epistola ad Philippenses j.

Fratres, Confidimus in Domino IESU, quia
qui cepit in vobis opus bonum, perficiet
usque in diem Christi IESU. sicut est mihi ius-
tum hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod
habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in
defensione, & confirmatione Euangelij, socios
gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est
Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceri-
bus IESU Christi. Et hoc oro, ut charitas vestra
magis ac magis abundet in scientia & in omni
sensu: ut probetis potiora, ut sitis sinceri & si-
ne offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiae
per IESUM Christum, in gloriam & laudem
Dei.

Ggg

In hac

In hac Epistola dicitur Paulus facit tria:

I. Laudat Philipenses, quod in Fide Constante permanserint, nec ut alicuius civitates, susceperint. Pseudo apóstolos, Falsos predicatores.

II. Cohortatur Philipenses, ut fortiter & constanter Perseverent. In Sancto proposito, Charitate non ficta.

III. Monet, ut quemadmodum ceperit, A falsis prophetis & apóstolis caueant, Doctrinam magis quam vitam respiciant & considerent: cum hæc imponere atque fucum facere, illa vero non possit.

1. Agit gratias pro diuino beneficio, per quod in cognitionem Evangelij venerit, gratia celestis participes facti.

2. Precatur ut in agnitione Dei, & in operibus iustis & sanctis augeatur in dies, & locupletetur, & quod Deus in eis cepit, misericorditer perficere dignetur.

3. Orat ut eorum charitas semper exuberet, ac quotidie copiosior reddatur in agnitione & augmento iustitiae, omnique intelligentia: ut probent quae sint utilia: ut sint synceri & inoffensi in diem Christi, impleti fructibus iustitiae, quae nobis contingit per Christum.

Confidim⁹ in domino Iesu, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Iesu Christi. Sicut mihi iustum est hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habetis vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Evangelij, socios gaudij mei oēs vos esse.

Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in vultibus Iesu Christi.

Et hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu: ut probetis potiora, ut sitis synceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiae per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.

In hoc verborum contextu Paulus

Appellat Evangelium, opus bonum: & quod in opere bono perseveramus, non adscribit nostris

Meritis, Sed attribuit Deo. Hunc oportet

Primum lapidē ponere, Structuram inchoare, Summum fastigium addere:

Si modò bonum debeat fieri aedificiū.

Iohan. 15. Sine me nihil potestis facere.

1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, &c. 1. Cor. 3. Ego plantavi, Apollō rigavit: sed Deus incrementum dedit.

Has sententias scriptura nobis ob oculos ponit, ad exungendam Arrogantiam, Gloriam inanem:

Vt sapientiores facti, Deo deferamus

Laudē, Non nobis, Gloriā,

Dicit se confidere, quod qui cepit in Philipensibus bonum opus, perficiet. Unde est advertendum, eandem esse vocem græcam quam hic interpret tradunt, Confido, cum ea quam ad Roma. 8. conuerit, Certus sum. Ex quo loco quidam conantur statuere, quemlibet iustorum certitudinem posse habere suae salutis, ac perseverantiae in finem usque vitae. Verum indocti id faciunt, cum vocabulum Pauli non semper pertinet ad certitudinem, sed frequenter ad probabilitatem & coniecturam. Quod constat ex versione Chrysostomi, Theophylacti, Ambrosij, Hieronymi, in epistola 4. ad Galatas, quæst. 9.

Effundit, inflammatum spirituali

Gaudio, Torum cordis sat affertur, quod videtur exagere, hinc ad legētur

Agnosci, Sufficipi, Honori-bus affici.

Atque hoc exemplum imitari debet quique verbi minister: ut

1. Gregem sibi commissum, intimo cordis amore prosequatur: non tantum ut

2. Auditores suos ore & scripto doceat, & in tribulatione consolatur.

3. Pro suo grege supplex orat, & si opus fuerit, vitam pro eis, exemplo Christi, ponat.

Lupos ab ovili arceat, Sed etiam quæ in paucis ducat & reducat. Et licet mundus sit ingratus, nos tamen, quando vixerimus, non cessare debemus

Verum Dei cultum exercere, & pro beneficiis nobis collatis Deo gratias agere. Pro omnibus omnium statuum ordinibus, seculis orare. In pietate, fide, charitate nos exercere, sed usque in finem perseverare.

Ad hoc enim vocati sumus in sortem hanc felicissimam religionis Christi, ut ista omnia prestemus, non ut novum Dei cultum nobis fingamus, sed eos observemus, quos ab Apostolis Ecclesia institutos accepit.

Precatur, & diligenter orat, ut Philipenses crescant in

Agnitione Dei, Intelligētia, Synceritate, Operibus iustitiae.

Idque propter tres causas: quæ sunt Prima, Secunda, Tertia

Est, ut

Doctrinas atque cogitationes discernant, quæ Veræ, Quod sciāt, Falsæ.

Sint synceri, non hypocritæ: nec offendant alios, neque per alios offendantur, sed veri Christiani reperiantur.

Repleantur fructibus iustitiae, quæ contingit per Christum: quo coguntur omnes homines

Conferri, Sibi persuadere,

Nos in eorum esse numero, qui vitam fidem in Iesum Christum consequuti: & quæ opera nostra bona debeant proficisci ex fide & charitate, per quæ

Iustificamur, Tierique ad laudem & gloriam Dei, qui est benedictus in secula.

Beati reddimur: Illa debet esse primaria cura Christianis, nempe

Novas doctrinas fugere, nova dogmata de testari. Cæcidit & simpliciter sese gerere: non fraudulenter, non dolose. Insistere bonis operibus.

Doctrina, quam concionatores & auditores maxime ut imitentur, advertere debent, est hæc, scilicet quæ forma precationis Pauli, & quid precatur Philipenses: nempe abundantiam charitatis, scientiam seu intellectum rerum spiritualium, sinceritatem, ut sint sine offensa, ut sic in pietate usque in diem Christi perseverant, ut non tantum habeant iustitiam, verum repleantur iustitiae fructibus, ut omnia illa revertant in gloriam Dei.

DOMINICA XXIII. POST
TRINITATIS.

Epistola ad Philippenses iij.

Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos
qui ita ambulant sicut habetis formam nostrā.

Rom. 16. c

Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis
(nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chri-
sti: quorum finis interitus: quorum Deus, ven-
ter est: & gloria in confusione ipsorum, qui ter-
rena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cælis
est: vnde etiā Saluatorem expectamus, Domi-
num nostrum **IESVM** Christum, qui reforma-
bit corpus humilitatis nostræ, configuratum cor-
pori claritatis suæ, secundum operationem qua
etiam possit subijcere sibi omnia, in Christo **IESV**
Domino nostro.

In hac

In hac Epistola Paulus facit tria:

I. Hortatur Philippenses, vt se tanquam verum Apostolum vna cum alijs pijs ac sanctis cocionatoribus sequantur. Et ait,

Imitatores mei estote fratres,

Et obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram: id est, quemadmodum nos habetis pro exemplari.

Quasi dicat, Inter vos habituri estis

Lupos, Canes:

Vt prospiciendum sit vobis, ne

Seducamini, Dilaceremini.

Nō enim oēs speciosi sunt, nec sanā & sinceram doctrinam docent, qui se apud vos vti magnos & quasi diuinit' ad vomillos

Doctores, Prædicatores

Euāgelij & verbi Dei gloriose venditant. Nam in

Propetarum, Apostolorum

Numero satan quoq; suos transfiguratos in angelos lucis habet. Quare ait Apostolus, Imitatores mei estote. Duplici de causa prudenter satis proponit se Apostolus imitandum:

Prior

Est

Posterior

Quia Paulus suæ doctrinæ optimus & certissimus fuit interpres sua vita & conuersatione.

Quia doctrina à pseudoapostolis & falsis prophetis facile perueri potest: vita autem & conuersatio, quoniam aperta sunt, perueri tā facile non possunt.

II. Reuocat Philippenfes à falsis prophetis & doctoribus: excitat & inflammat eos ad veram fidem, charitatem, & patientiam: & admonet, non esse omnes promiscue imitandos: & prescribit eis certa signa quib' pseudo doctores cognoscere debeant. Atq; ait,

Multi enim ambulant, quos tæpe dicebam vobis,

Nunc autem & flens dico,

Inimicos crucis Christi,

Quorū finis interitus,

Quorum Deus, venter est,

Et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

Sicque appellat Paulus pseudo doctores,

Malos operarios,

Canes,

Concionem,

Ventres,

Inimicos crucis Christi,

Terrestria cogitantes.

Quia

In messe Domini quærunt non Dei

Gloriam, Honorē,

Sed proprium cōmodum: neq; fideliter

Laborant in vinea Domini, Curant oues commissas:

Sed potius ad res proprias diligerter attendunt.

Sunt etiam mali operarij, quia cū dispendio animarum fidelium curant ea, quæ suæ placent carni: quorum crudelitatem vindicaturus est Christus.

Contra Euāgelicam doctrinā ac puritatem, & contra Ecclesiā, vota, & sacros ordines non aliter atq;

Canes, Leones, Lupi

Crudeliter

Latrant, Rugiunt, Fremunt,

Matth. 5. Et Isaias ca. 56. vocat eos canes

Inpudentissimos, Dormientes, Non latrantes.

Concionem, alijq; legis ceremonias, docebant ad salutem esse necessarias. Quo peruerso dogmate

Alienabantur, Rescindebantur

A fide corda recentium Christianorum, & rapiebantur à via salutis ad interitum.

Habent Deum ventres, Nihil enim faciunt, nisi vt per doctrinam falsam ac turpia mendacia, simplicem atque innocentem plebem seducant. His Christus minatur æternum.

Nolunt imitari vitam & mortem Christi, recusant hinc temporarias cum eo ferre afflictiones, abhorrent ab eius cruce: per quam tamen solam ad æternam vitam, ac immortalem illam beatitudinem patet accessus.

Edō nituntur, vt in hoc mundo gloriosi, euehantur ad

Summos honores, Magnas diuitias:

Quò Sardapanali vitam agere possint. De quibus Horatius: Nos numerus sumus, & fruges consumere nati, Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique, &c.

III. Consolatur Philippenfes, & omnes Christi fideles spe certa resurrectionis, in qua reddentur glorioso corpori Christi conformes. Cū ait,

Nostri autem conuersatio in cælis est:

Vnde etiam Saluatorē expectamus, Dominum nostrum Iesum Christum.

Est autē

Conuersari in cælis,

Expectare Saluatorē,

Nihil aliud quàm

Transfigurari,

Huic mundo renuntiare, cælestia atque diuina meditari. Qui mente & affectu superna Dei bona considerat, & illam spem collocat, eaq; versat animo, eius profectio conuersatio est in cælis.

Credere, Christum Iesum, quem Iudæi reijciunt, & Gentes contempnunt, è celo venturum iudicaturū viuos & mortuos. Apostolus in omnibus suis epistolis & concionibus libenter inter resurrectionis memoriam. Nihil enim est, quod perinde animos Christianos in suis afflictionibus & tribulationibus fulciat atque corroboret, & ad studium bonorum operum inflammet, atque resurrectionis articulum sibi perpenditur.

Corpus nostrum vile, ignobile & cōtempibile, corruptioniq; subiectum à Christo, dum uenerit, transformatum in ac transfiguratum, vt sit conforme glorioso, ac impassibili eius corpori. In vt amplius non sit obnoxium corruptioni, putrefactioni, alijq; id genus miserijs, quibus nunc affligitur.

Est igitur nobis hinc considerandum,

Nos qui baptizati sumus, & filij Dei, ac hæredes æternæ vitæ effecti, non debere terrena tractare, sed cælestia, atque ita erit nostra conuersatio in cælis, id est, in reb' cælestibus.

Quod nulla cogitatio sic animos Christianorum in bono cōfirmet, atq; illa de resurrectione.

Quanta misericordia atq; beneuolentia Deus nos miseros peccatores prosequitur fuerit, vt quos mortales, atq; corruptibiles inuenit, immortales, in corruptibiles, & impassibiles pollicetur sit se effecturū. Oportet inquit Spiritus sanctus per Paulū, mortale hoc induere immortalitatē, &c. r. Co. 15.

Non enim ideo debemus terri aut perhorrescere, quòd corpus nostrum

Humoretegetur,

A vermibus corrodetur,

A morte deuoabitur:

Sed potius læta spe & fiducia expectare Christum mox venturum, & nos ab omnib' malis liberationem, Amen.

Ecclesia Romana sic docet imitanda atque sequenda Sanctorum exempla, vt non peccet in Dei mandata. Quo modo enim Sancti imitandi sint, tradit Paulus in prima illa ad Corinthios epistola, cap. 4. Vbi ait, Imitatores mei estote, sicut ego Christi. In quibus Adamus terrenum, & non diuinum sunt sequuti, nobis Sancti imitandi haud proponuntur, sed in quibus imitati sunt Christum. Quod tractat Augustinus elegantissime lib. 2. contra secundam Gaudenij epistolam, cap. 23.

DOMINICA XXIII. POST
TRINITATIS.

Epistola ad Coloss. j.

FRatres, Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapiētia & intellectu spiritali: vt ambuletis dignè Deo, per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cum gaudio gratias agentes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum, in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, per **I E - S U M** Christum Dominum nostrum.

I i *In hac*

In hac Epistola Paulus

I. Colossensibus gratia & pacem optat.

II. Collaudat eos, quod pseudoapostolis non auscultauerint, sed in doctrina Christi constantes permanerint.

III. Exhortatur eos, ut in Euangelicae puritatis eloquio perfeueret: bonaque conversatione habentes, salutaria proferant opera, bonisque fructus edant.

1. Ut implerentur agnitione voluntatis Dei in omni

Sapientia
Prudentia

Spirituali, quae est

Fidei,
Sana doctrina
Charitatis,
Cognitionis Dei

Itē omne quod pertinet ad Dei

Gratiam,
Virtutem:

Agnitio peccatorum, eorundem contritio, & confessio, Reconciliatio, Iustificatio, Spiritus sanctus arrhabo nostrae salutis.

In summa, sapientia, quam hic Paulus precatur Colossensibus, est qua homo nouit

Quid sit Deus, Quid sit homo, Quid sit Christus, Quid pro nobis fecerit, Quid nos ipse facere iubeat.

Ita ut

In teris nihil Praestitius Pretiosius Excellentius

Existimet quam Dei

Verbum incarnatum, crucifixum, mortuum, & resuscitatum, eiusque gratiam & mandata.

Semper in lege Domini sit voluntas eius die ac nocte. Psal. i.

2. Ut ambulent dignē Deo. Hoc est,

Qui iam cognouerunt Dei voluntatem, & sunt donati sapientia & prudentia spirituali, qua agnoscant Christum, per quem solum (non autem per angelos Simonis) nobis contingit reconciliatio: sic vitam instituant, ut haeretici & Gentiles videant ex eorum operibus,

Quae sit Christianorum Et Dei voluntas.

Prudentia, Sapientia, Ratio vitae.

Quod fiet professio, si ita uiuant atque conuerterentur, quoadmodum requirit diuina maiestas: ut omnes homines dicat, Benedictus sit Deus omnipotens, qui nos viros dedit nobis, sanctimonia tam conspicuos, qui

In praecipis Domini sancte, & iuste uiuunt, Non grauantur prompte & studiosē proximis, Nemini suam operam denegant, Omnibus consilio & subsidio suo adsunt.

Inferuire, Opem ferre, Consolari.

Haec vera & praecleara charitatis opera testimonium reddunt infidelibus de Dei nostri bonitate. Hoc est dignē Deo ambulare.

Petit autem à Deo sex dona, Colossensibus eroganda:

3. Ut per omnia placeant, in omni opere bono fructificantes. Sunt autem bona opera, quae

Fiunt ex Dei mandato, uti sunt praeccepta. Ecclesia instituit, & obseruanda fidelibus mandauit.

Christiani sua sponte facere & exercere debent ad

Honorem Dei, Profectum proximi, Carnis mortificationem, Renouandū interiorē hominē.

Quae oia ut uita aeterna sint digna, debent propter Deū, & ex charitate fieri.

Nam si propter alium suum malum facta fuerint, non erunt meritoria, nec aeterna uita digna. Et si finis fuerit malus, & contra Deum, tunc, inquit Augustinus, etiam illa opera quae bona uidentur, in peccata uertuntur. Possunt enim Gentiles bona moralia quae plurima facere, nulla autē quae uita aeterna promerantur. Quia non est aliud nomē datum hominibus sub caelo, in quo nos oporteat saluos fieri, nisi in nomine Domini nostri Iesu Christi. Act. 4. Ideo exhortatur Paulus Colossenses ad bona opera, & ad pietatis studia, quae ex charitate procedunt, quia opera sunt

Sacrificia quae Deo propter dignitatem Spiritus sancti, cuius gratia fiunt, & propter charitatem mirifice placent.

Dona Dei, quibus vitam aeternam promeremur.

4. Ut crescant in agnitionem Dei. Significat autē crescere, augeri & proficere. Id quod

Luca 1. de Iohanne Dicitur: Puer crescebat, & confortabatur spiritu & sapientia. Sicut enim positus arborē, atq; plantatus, duo in primis curat: nā

Luca 2. de Christo

Primò truncum insitioni destinatum, humidior solo committit: Ita Deus per uerbum suum inserit hominē nouū veteri Adamo, qui est syluestris truncus. Et per illam insitionē, quae fit per fidem, charitatē, spem, timorē, & alias uirtutes, quas Deus misericorditer ipsi largitur, fit ut truncus terrenus, syluestris, & infrugiferus, plantatus secus decursus aquarū, sit

Deinde terram circumfodit, ut succum imbiberē possit radix:

Institus paradiso, & domui Domini, Sole iustitiae fatus & calefactus, Rore & pluuia caelestis gratiae perfusus, Lege puratus, & repurgatus, Euangelij gratia irrigatus, Ecclesiae doctrina ac institutis excultus:

Crescat, Floreat, Frondeat, Fructificet, Vide Psal. 1. & cap. 17. Ieremias.

5. Ut in omni uirtute confortati iuxta potentiam claritatis Dei, in omni

Patientia, Longanimitate,

Cum gaudio. Nam omnis nostra uirtus & robur à Deo est. Inde dicitur frequenter

Sanctus, Fortis.

Ostendit autem potentiam, quod

Ex nihilo caelum condidit, Solem & stellas caelo apposuit, Tot genera animalium creauit, Omnes creaturas adhuc conseruat. Ioh. 1. Pater meus usque in modum oper. &c.

6. Ut nos uia cū ipsis gratias agamus Deo Patri pro tribus summis beneficijs nobis exhibitis.

1. Quod nos idoneos fecerit ad participationem sortis sanctorum in lumine.

2. Quod eripuerit nos à potestate tenebrarum, ac transfulerit in regnum filij sibi dilecti.

3. Quod per Christū habeamus redemptionem & remissionem peccatorum.

Quasi dicat,

Cum sol exoritur, tum diem simul adest, & totum mundum radijs suis illustrat, calorem ardoremque praebet, quoniam benefico uiuit omne quod in mundo est: cum autē sol occidit, omnia uidentur mortua iscere. Sic ubi uerus ille iustitiae sol non fuerit in cordibus nostris exortus, priuabimur lumine & ardore Spiritus sancti.

Nos sub regno tenebrarum fuimus, in quos satanas plenam potestatem atque imperium habuit. Sed Pater omnipotēs singulari bonitate motus, à tam crudeli seruitute nos liberauit, atque transfudit in aliam diuionem, nempe in Christi regnum.

Deo omnipotenti gratias agere debemus pro ineffabili gratia, qua nos per filium suum eripuit à morte, peccatis, & inferno: atque mediatorem illum dedit, per quem solum poterimus in gratiam diuinam redire, amittamque vitam aeternam recuperare.

Nos peccato undique cooperti, quando peccatis assensum praebemus, redigimur in potestatem diaboli. Iam igitur pro meritis nostris in crucē adigendi, aeternaeque mortis afflicti supplicio.

Quod miserabile fatum nostrum aspiciens Iesus Christus, prolixi, & pro capitibus nostris pretiū exoluit, atque pro aeterna morte Patri satisfecit, & pro temporali satisfaciendi nobis dedit uirtutē. i. Cor. 6. Et haec quidem fuistis, &c.

DOMINICA XXV. POST
TRINITATIS.

Epistola ij. Petri j.

FRatres, Iustum arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione: certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster IESVS Christus significauit mihi. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriã faciatis. Non enim indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri IESV Christi virtutem & præscientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite. Et hanc vocem nos audiimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: hoc primū intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.

Postquam

Iohan. 21. f

*1. Cor. 1. c
2. a*

Matt. 17. a

2. Tim. 3. d

Postquam in praecedentibus grauiter nos exhortatus fuit Petrus, ut in sanctis operibus praestandis nos exercitarem, ut quae ipsa sint, quibus vitam nobis comparamus aeternam, & ne otiosa, & infructifera esset charitas, quam accepimus, sed nos proferret fructus: iam deinceps admonet ne fidem semel acceptam, relabentes ad Iudaismum: sed tenaciter asseruatam retineamus: & in sanctis studiis nos exercentes, probemus nos seruo amare Christum, & eius fidem, ac religionem, in qua nos speramus saluandos. Et hoc facit triplici modo:

I. Adhortatione,

Iustum arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in comonitione: certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Id est: Quamuis confirmati sitis in veritate huius doctrinae Christi, de qua nunc scribo vobis, iustum tamen arbitror quandiu viuo, vos admonere. Adiungenda sunt semper exhortationes doctrinae. Est enim duplex ministerium in Ecclesia: scilicet

Doctrinae, Exhortationis.

Docere, verum sacrae scripturae sensum declarare, atque fideliter ijs interpretari, qui ignorant, veram pietatis in se. Exhortari, ijs denuntiare verbum, qui prius audierunt, atque nouerunt: apud quos instandum, ne percepta sacra dogmata veteri tradant, sed bonis operibus insistentes meliores in dies euadant.

Pigro corporis aqualiculo pragrauati, Perdita mole carnis atque sanguinis ita circumdati,

Vt ad determina semper procliuiores simus. Necessesse est ergo, ut conuincator iugiter instet

Docendo, Exhortando:

Corpus suum esse tabernaculum, hoc idem affirmat etiam Paulus 2. Corinth. 5. Scimus quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluitur, quod aedificationem ex Deo habeamus, & c. Nam in nostro corpore non aliter atque peregrini obambulamus: & anima in corpore quasi in casa habitat, & quiescit.

Breui futurum, ut tabernaculum sit deponendum: vult indicare, se certe habiturum vitam aeternam, eamque ex Christi promissione, qui facientibus vocationem suam certam bonis operibus, pollicitus est vitam aeternam.

Dabo semper operam in istis exhortationibus reiterandis, ut vos post obitum meum horum memoriam facere possitis. Id est: Non tantum viva voce vos admono, sed scripta etiam relinquam: ne qua necessario sunt vobis credenda & agenda ad salutem, facile obliuiscamini.

II. Historiae narratione,

Non enim indoctas fabulas secuti, nota fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & praesentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipitis enim a Deo Patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi magnifica gloria, hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite. Et haec vocem nos audiuimus de caelo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Hanc historiam recitat Mattheus cap. 17. in haec verba:

Assumit Iesus Petrum, Iacobum, & Iohannem.

Ducit illos in montem excelsum seorsum.

Transfiguratus est ante eos: Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.

Apparuerunt illis Moyses & Elias loquentes cum Iesu. Nubes lucida obstravit illos. Vox de nube dixit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.

Haec fuit transfiguratio Christi, vbi

Discipuli fuerunt in Summa admiratione, Maxima iucunditate.

Petrus dixit, Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliae vnum.

Discipuli audientes, Ceciderunt in faciem suam, Et timuerunt valde.

Accersit Iesus, & Tetigit eos, Dixit, Surgite, & nolite timere.

Leuantes autem oculos, neminem viderunt, nisi solum Iesum.

Vult ergo dicere Petrus, Nostrum Euangelium, quod vobis praedicamus, non a nobis habemus, neque constitutum accepimus. Non est inuentum humanum, sed diuina Dei voluntas. Non praedicamus ea, quae nobis videntur, sed quod testimonio constantissimo accepimus auribus nostris, & oculis nostris vidimus, cum essemus in monte, vbi coram nobis transfiguratus est Christus, & nos gloriam eius vidimus atque audiuimus. Haec propter nos facta sunt, ut sciremus, Petro & Paulo, aliisque Apostolis tanquam certum & infallibile Dei verbum annuntiantibus, omnino sine haesitatione esse credendum. Sunt autem scripturae Petri & Pauli, quas Romana Ecclesia ipsorum esse declarat. Unde docemur, nullam aliam doctrinam, nullamque aliud Euangelium esse a nobis praedicandum, aut audiendum, nisi illud quod Christus Apostolis, Apostoli Ecclesiae, Ecclesia vero Christi catholica nobis tradidit, ac praedicauit.

III. Duab' pulcheris sententijs.

1. Habemus firmiorem prophetiam sermonem: cui beneficiis attendentes quasi lucerna lucet in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer ornatur in cordibus vestris.

2. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturae propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.

Hac sententia Petrus

Ostendit quare suae doctrinae magis quam Simonis haeretici doctrinae, debeant fideles fide habere: nempe quia scripturae Apostolorum confirmabit vniuersae scripturae prophetarum. Legat igitur fidelis propheta, & damnabit doctrina Simonis haeretici, & nostram inueniet prophetarum testimonij comprobata.

Probat quod sicut scriptura sacra non est humani ingenij inuenta: ita non est humano ingenio, nec spiritu interpretanda. Quamuis interpretes sint baptizati, non licet eis priuata sua libidine aut voluntate sacras scripturas interpretari. Hoc proprium est officium Ecclesiae nostrae matris, non filiorum.

Ne

Ecclesia promissus est Spiritus sanctus, cuius assistentia semper fruatur. Dicente Christo Matr. vlt. Ecce enim vobiscum sum, & c. Et Io. 14. & 16. Christianis singulis datur spiritus sanctus in baptismo. Non est tamen singulis facta promissio de perpetua assistentia Spiritus sancti.

Ideo

Ecclesia sola potest sacras scripturas sine errore interpretari. Quia est magistra, columna, & firmamentum veritatis. Et eam docet sponsus Christus per Sanctum spiritum. Et illi incumbit filios docere mandata Dei.

Non debet praesumere priuatus homo, etsi sit baptizatus, & quous linguae calleat hebraeam & graecam, pro sui priuati iudicij censura scripturas enarrare: quoniam hoc est officium Ecclesiae, cui semper adest Spiritus sanctus. Verus igitur ac germanus scripturae sacrae sensus non poterit elici e propria humanae rationis interpretatione.

Conclusio autem huius Epistolae est, nihil prius in Ecclesia Dei esse praedicandum, aut docendum, quod non sit desumptum ex scriptura sacra, traditionibus diuinis, ordinationibus Ecclesiae catholicae, sacris doctoribus.

Conuincitur ergo hac manifesta Petri scriptura haeretici nostri temporis, qui doctrina docent pestilentem, scripturis & testimonij prophetarum, legis, & Apostolorum contrariam.

Faint, illegible text in the upper left quadrant of the page.

Faint, illegible text in the lower left quadrant of the page.

Faint, illegible text in the upper right quadrant of the page.

Faint, illegible text in the lower right quadrant of the page.

Faint, illegible text in the lower right quadrant of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page.

Paulus in hac Epistola facit tria:

I. Monet Theſſalonicenſes, ne Nimiū doleāt

Plusꝛquo lachrymentur
Parentibus,
Fratribus,
Amicis,
Vicinis,
Cognatis,
De mortuis suis
Tanquam

De ijs ſit poſt mortē actum,
Sed potius credere debēt, atque ſcire, reſur-
recturos illos in nouiſſimo die, & cū Chri-
ſto æternaliter victuros. Quæ-
ritur hic, num ſit impium lu-
gere mortuos. Reſpondeo: ſa-
cra ſcriptura

1. Concedit luſtū, modò fiat cum ratione.
2. Laudat eos qui afficiuntur mœrore atque dolore propter bonos qui migrarunt ex hac vita ſi modò ſeruata fuerit mediocritas.
3. Recitat & proponit exempla lugentū & plorantiū propter ſuorum amicorum obitus.

Diſta, Nēpe per
Exempla

Eccleſiaſt. 22. Modicum plora ſupra mortuum, quoniā requieuit. Luſtus mortui, ſeptem dies, &c.
Eccle. 38. Fili in mortuū produc lachrymas, & quaſi dira pallus incipe plorare, &c.
Abrahe lugētis Saram vxorē. Gen. 23.
Ioseph, cuiuſq; fratrum lugentium Iacob. Gen. 50.
Aaronis, Num. 20.
Moſis, Dent. vlt.
Iſraëliitarum plangentium mortē & obitum
Chriſti dolentis Lazari amici diſceſſum. Iohan. 11.
Diſcipulorū lugentium S. Stephanum. Viduarum lugentium Tabithā. Act. 9.

Chriſtiano- rum fideiū,
Nō igitur prohibet luſtum Paulus, ſed diſcernit planctū
Gentiu infidelium,
Quorum mors eſt

Somnus. Math. 9. Non eſt mortua puella, ſed dormit. Iohan. 11. Finis calamitatum, Terminus malorū, Principium gaudij, Porta
Ad vitam æternam. Pons Scala
Finis gaudiorum, Meta voluptatum, Origo dolorum, Initiū miſeriarum, Via ad perditionem, Portus dānationis.

Propter deſunctos homines fideles nō ita flere debemus, quaſi nullā ſpē haberēt, more beſtiarum mortui, ſalutis oīs expertes. Ad exiguam enim tēpus abſtrahuntur ē conſpectū, atq; conſeruat in Dei manu, vbi quieſcunt in pace, reſurrecturi nouiſſimo die, ac in æternum victuri.
Meritò deſtemus atque plangim⁹ eos, qui peccatores impij, ſine fide, ſine charitate migrant ex hoc ſeculo. nam per mortē temporalem tranſeūt in æternam. Prouerb. 11.

II. Confirmat Chriſti reſurrectione, nobis omnibus futuram carnis reſurrectionem. Nam

Hoc loco, i. Theſſ. 4.
i. Corint. 15.
Sic credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ita & Deus eos qui dormierūt per Ieſum, adducet cum eo.
Ait,
Si reſurrectio mortuorum nō eſt, neq; Chriſtus reſurrexit.
Quaſi dicat,
Mors Chriſti noſtra mors eſt: cuiuſq; reſurrectio itidē eſt noſtra.
Cū igitur moritur Chriſtianus, obdormit: nec mors eſt reputanda, ſed ſomnus. Quapropter oportebit eū reſurgere.
Reſurrecti, Viuere cū Chriſto.
Nam ſi ſublata eſt peccati culpa, ſublata eſt etiam peccati pœna, ſcilicet mors. Hæc igitur eſt gloria Chriſtianorum, quòd Non moriemur, ſed obdormiemus, Reſurgemus, Transportabimur cū Chriſto ad vitam.
Confefſione fidei,
Charitate,
Agnitione veritatis.
Nam ſi fidē per Euangeliū conſecuti fuerimus, in verāque dilectione hinc migrauerimus: tū Chriſtus ſuo dorſo benediſto nos impoſitos tranſferet in cœleſte tabernaculum.

III. Docet quo modo nouiſſima reſurrectio ſit euentura, cum ait, Hoc vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra, & ſic ſemper cū Domino erimus. Hiſ verbis Apoſtolus

Graphicè depingit,
Ob oculos omnibus ponit,
Clariffimè demonſtrat,
Chriſtus veniet
Cum iuſſu archangeli,
Cum voce angelorum,
Cum tuba Dei,
Declaraturus gloriam maietatis.
Quæ ſunt in cælo & terra, omnia erunt plena ignibus. Elementa commouebuntur, concutientur, & contremiſcent.
Omnes homines in lucem prodibunt. Cæli pluent ignem, Vox angeli inſonabit, Mortui reſurgent, Piſſi rapientur in aëra, ibidem apud Chriſtum hærebunt. Impij relinquentur in terris, in ignē æternum conijciendi. Math. 25. Diſcedite à me maledicti in ignē æternū, &c.
Concludit tandem Paulus Epistolam hiſ verbis, Conſolamini intuem in verbis iſtis. Quaſi dicat, Hæc veſtra ſit conſolatio: cum iudex mortuorum atque viuorum Chriſtus apparuerit in nouiſſimo die, non veniet vobis vt tyrannus: ſed protector, patronus, pater, atque frater, dicturus, Venite benediſti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Math. 25.

Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpēm non habent. Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus. Itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis.

